

**H**ic serue bone in modico fidelis mitra in gaudium con

**E**uocae. **B**eatus ille seruus cum uenerit dominus eius.

iam iam et inuenerit eum uigilantem. **F**idelis seruus

colitit dominus sup famulam suam. **E**uocae. **T**

in quo dolus non est. **E**uocae. **S**erue bone et

in gaudium domini sui. **E**uocae. **A**mauit. **O**s u

sanctissime confessor domini monachorum pater et dux

pro nostra omniumque salute. **E**uocae. **I**n se. uer. **A**

rens. **C**onator. **D**iscipuli. **J**ustus ut palma. **S**u

in redire dominus p uias rectas et ostendit illi re



P. 6, 72

ov

ll

B. v. 181. 788.

TRIQUETRUM METR-  
STICUM

QVO, TRIA MELICA  
EIDYLLII DIALOGETICI EM-

bammata, annexâ Elegidorum Græcanicorum co-  
ronide, & Homericæ centone; de Lapsu primorum parentum,  
ejusdemq; restauratione, per CHRISTI incarnationem,  
Passionem, & ἐπιένικτον Triumphale, continentur & adum-  
brantur, ex sacrosancto Bibliorum gazophylacio  
concinnatum & compositum.

à

VALENTINO WYNTHERO Neotrepoviense Pomo

Colloquium ἢ τὰ ῥῆματα παλαιῶν σοφῶν  
Vi illud, Signa te signa &c.

MOMVS De seipso.

Magna sono, si res: Summus seris onos angam?

Apollo Respondens.


O, te, parce, sede, non ede secreta peto.

MOMVS.

Nemo tenet, mungam: SVMVS magnum tenet omen.

APOLLO.

O gere Traso artem, metra, os arte rego.



ROSTOCHII  
GVSTINI  
Anno

TYPIS AV-  
FERBERI.  
cl3 13 XCV II.



EPIGRAMMATA  
ad Auctorem.

NON Hiems, Wynthere, es. odoror annos  
pauculos? Ver es. roseas Camœnas?  
Ver es. has spinas Domini cruentas?

Ver es, Hiems non.

Par tuum est agro Ingenium. hoc aratro  
ferreo invertas Charitum? virescit.  
ligneo paullum? sterilescit. aptus

Agricola esto.

Ecce messem! gloriolam. tibi quæ  
calcar ad flavæ stadium Minervæ.  
Imber occurrit? modò perge. nam post  
nubila Phœbus.

Quid tuis factum? immeritò (en!) anbeli  
Sorices, ut reliquias, faceta  
scripta roserunt. Timidicatio nunc  
præ Fele ubi? St!

Hos vides? rides? tenuère multos  
sub (pudor!) virgâ Harpocratis. tuasné  
floridas Musas? ferulas puta omnes  
unius assis.

Ver es. ornes plus Genium tuum? es Vir.  
Ver es. ornes plus Latium hortulum? es Vir.  
Ver es. ornes plus Patriæ domum? es Vir.  
sic caput orna.

Iohannes Faber Neotrepoviensis Pom.

## ALIVD.

**D**Vm non, Erigones canis calore  
Correptus calido, genis pedestrem &  
Iambum molliculum; aut Epos decenter  
tinnis grande, tuum venustum ut aure  
Melos deuoret, (ha) Drausq; Varnusq;  
arrectâ: Tibi non Olor Diones  
tantum purpureæ potente plaudit  
alæ remigio: Nec impedita  
tantum altas referat moras Iuuenta  
viæ perpetui viroris herbâ;  
& conchis Syrium manu liquorem  
Spargit quo graderis solo patente:  
Nec tantum arboris usq; & usq; fertas  
rostro ac ungue duplat Columbulorum  
totum agmen Cythereidos, coronet  
iis ut studiosè utrumq; tempus:

Verum Dia TRIAS tibi coronam  
mirè pacilem eam, beatitatis  
tandem demeritam, dabit futurae,  
astrata arva super simul reportet  
Te raptu haud domito illa, ubi flagrantem  
Iuno lacte suo viam resignat.

PAVLVS LEMNIVS  
Rug. F.

A 2

ALIVD

## ALIVD.

Ωκέα ὄσι βέλκῃ ὑπὸ ἀγκῶν ἔμῃ μέλι τέυχῃ  
παμπόλλοις γλυκερόν: τοῖσδεσι μέσσα πέλαι.  
ἦ ἄρα ἀμφιέπει βέλκῃ οὐκ ἔντερε, σῆο  
μάρτυρ ἔπῃ, λέξι τῆγο ὀπιῶν ἕσῃ.  
τῶνεκα ἐνδυκέως νεαρόν τόδε ἔργμα ἔπῃγε,  
κάλλισθ πατέρων ὡδε ἄωτῃ ἔσῃ:  
φωσφόρῃ ὡς σίλβῃ ἢ τῆλεφαῖων χόρομ ἄσῃων,  
λάμψα ἐν ἀνθρώποις ὄνομα ὡδε τεόμ.

Bartholomæus Baxenius Strandanus Holk.

ἀντιρρέφοντα

In Ofores ac Rosores.

**A**dsiduus canis est Doctis, non obvia mordet,  
Carmina collaudat, nec metra vituperat.  
Chryfocomus tibi det laurum, nec vulnere ledat  
Tempora fatali, vituperas metra si.  
Proveniat tibi laus vivax, nec germine fama  
Florida flaccescat, vituperas metra si.

Ianus Magirus Sund, Pom.



# PRIOR TRIQVE- TRI ANGVLV S

DE LVCTVOSO PROTOPAGO-  
rum Lapſu, & ineffabili incarnationis  
myſterio:

*Quem*

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, IUSTITIA, PIE-  
*tate, ac longo rerum experimento ornatissimis viris, Dn. Coss. in-  
clute Lubecensium politici;*


*Nec non*


DOCTISSIMO, IVXTA AC SPECTATISS.  
D. M. IOHanni BRambachio, ejusdem Secretario,  
D. Mæcenatibus, omni observantiæ cultu ho-  
norandis, xenij loco consecro:

B	elligeri	D	icat	VV	lnus	B	ellona	B	ilinguis:
R	betores	E	xtollant	A	pplausibus	O	mina	R	egum:
O	bservent	H	ominum	R	es	N	obilitatis	A	mantes:
E	fferat	O	minibus	M	agnorum	N	omina	M	agnus:
M	agnificet	V	irtutis	B	elle	I	nſignia	B	ellus:
S	otera	E	xiguis	O	rnavi	V	ersibus	A	lmum,
E	ximum	L	egis	C	ultorem.	S	iccine	C	bristum
C	antandum	C	ulto	C	elebrarem	C	armine?	S	vadet
O	bſequio	O	blectans	O	rdo	O	bservabilis	E	rgd
N	omne,	N	otitiâ,	N	ec	N	obilitate	C	arentes
S	pectatores,	S	igna	S	ereni	S	plendida	R	bytmi
V	ertite,	V	erſiculis	V	irtus	V	ivacior	E	xſtat;
L	itterulis	L	aus;	L	itterulas	L	uſtrate	T	uentes.

Vest. Dig. atq; Exc. addictifs.

*Valentinus Wyntherrus TR. P.*




**E**ST aliquid, si quis sylvestri ductus amore  
 Culiuram rigui carmine scribit agri:  
 Est aliquid, si quis pandurâ concinit amplâ  
 Amphitryoniadis vimq; dolumq; Du-  
 cis:  
 Est aliquid, si quis fera te describit Enyo,  
 Et pingit cocco ferrea bella rubro:  
 Est aliquid, si quis lascivos fingit ocellos,  
 Atq; Palepaphie basia blanda Deo:

Est aliquid, si quis satyras componit acerbis,  
 Dic quis carpendi non Cacoëthes amet?  
 Est aliquid, si quis versu Stomylmata tractat,  
 Et quacunq; potest arte placere placet:  
 Cur non ergo DEUM coleremus carmine? cuius  
 Gloria ad hybernos lata Borysthenidas,  
 Et celebrent alii Veneris Cithareidos arma,  
 Et celebrent alii Martia corda Ducum.  
 Fata DEUMq; canam, cœli qui missus ab oris  
 Nos fecit salvos, fata DEUMq; canam.  
 Hic visit fluidi nascens ergastula mundi:  
 Subdidit hic Legis colla iugo rigido:  
 Hic Phlegetontæas vastavit robore sedes:  
 Hic pressit Stygii vimq; dolumq; lupi:  
 Hic exantlavit gravium discrimina rerum:  
 Hic tristi tristes morte redemit oves.  
 Pieri docta igitur paullo majora canamus,  
 Dicamus CHRISTUM Pieri docta piuum.  
 Incipe sylvestri cunas modulemur avenâ  
 Herois salvâ virginitate sati.  
 O sacrum flamen, cœptis adlabere nostris,  
 Atq; vacillantis dirige navis iter.

Pullulet



*hatur*  
Pullulet ut nostro tibi gloria maxima versis,  
Suppedita lingue flumina larga mee.  
Non exstabat Homo, necdum molimine stabat  
Fabrica structa soli, fabrica structa poli.  
Nobilis ex nihilo fabricavit dextra J E H O V A E,  
Quod systema capax totius orbis habet.

1 Prima coruscavit Lampas, cœliq; soli q;  
Artibus omnificis machina facta stetit.

2 Postera ceruleum fecit Lux Nereæ pontum,  
Bosphorus æquoreis ut trepidaret aquis.

3 Tertia produxit Lampas Zephyritida Chlorin,  
Ut patulo flores spargeret orbe leves.

4 Quartus ubi Titan primo surrexit Eoo,  
Indidit empyreis astra serena polis.

5 Squamigeros pisces fecit lux quinta vagantes  
Amphitritææ per vada salsa Deæ.

6 Præterea volucres per Hymetti florea Tempe,  
Que plausûs pennâ versicolore cient.  
Hinc Protoplasten D E U S informabat, eratq;  
Materies gravidæ gleba friata Soli.

7 Immo informabat divâ sub imagine diuum,  
Postremâq; D E U S luce quietus erat.

Ut mens pura D E I tractatûs improbat oscos:  
Sic purum facti stabat Atlantis opus.

Luxuriabat ager rorans Cerealibus armis,  
Frondebis arbuteis luxuriabat ager.

Mugitu Boreæ non vibrabantur ariste,  
Vi nec hyperboreis turbo boabat agris.

Spirabant Zephyri spirabant claustra Favoni, *venti.*  
Lenè susurrabat limpida lymphæ Sali;

Nata nec ulli hominum Demogorgone stamina vitæ  
Rupit, nec terrâ putre cadaver erat.

Astræ croceo sanctæ circumdatus ostro  
Ducebat vitæ stamina fautor Hevæ. *Heva*

*bus creationis.*

*status primo  
in parenta*

**Nos**

*Altao patet  
moleantia  
& noxi.*

*Adam Rex mundi*

*Conjugium*

*Lapp Adam*

Non vaga Bellone retonabant fulmina crude,  
Non Mauri jaculis, non erat usus equis.  
Floruit omne probum, pietas & floruit alma,  
Floruit alma fides, floruit almus amor.  
O primæva Dies niveis signanda lapillis!  
O primæva dies gemmea quanta dies!  
Jam scelerum ingluvie mundi systema redundat,  
Jam friget pietas, jam pius alget amor.  
O pleni jam labe dies! ô ferrea secla!  
Orbis amicitias impietate probat.  
Hoc hoc est vitium, quo se fœdavit Adamus,  
Cum misit reprobus nobile mentis opus.  
Heu vite munus celestis perdidit eheu  
Euphyias sacrâ dote politus Homo!  
Factus erat mundus mundano Rege regendus,  
Mundanus mundi climata rexit A D A M.  
Extra conjugium vitali vescier aurâ  
I A S prospexit plaustra creare mali:  
Hinc Sociam vite de costâ fecit Adami,  
Instituitq; sacri fœdera summa tori.  
Conjugis acceptæ calido vir flagrat amore,  
Et conjux socii flagrat amore viri.  
In Paradisiaco sociam vir basiat horto,  
Hortus ut in primo limine cultus erat!  
Hortus odoriferis ut luxuriabat aristis!  
Ut pubescebat gramine, fronde, croco!  
Hęc strepere Euphrates piscosum flumen Eoi,  
Hęc & Perseïdam lambere Tigris aquam.  
Injecto tandem rebus colophone, J E H O V A  
Adamo lepidos rettulit ore sonos:

IEHOVA.

**H**Eus structura manus quo te quo munere digner,  
ut marcidum dementet haud mentem ocium  
Sed no-

Sed novi : Volucres librantes corpora pennis,  
 Et Bosphori squamâ albicantes incolæ,  
 Imperio subjecta tuo, quid? fabrica tota,  
 Quamcunque Sol Oriens, & Occidens videt.  
 Sit tibi permixtum, rutilos decerpere fructus,  
 Qui pullulascunt in Lyceo floreo.  
 Frondis at arbuteæ tactus tibi grande nefas sit,  
 Quæ crelcit aprici ferè in centro hortuli.  
 Sed contrâ stimulum si calcitraveris effrons,  
 Et iussa marcescent in arvo pectoris :  
 In Phlegetontææ trudam te flumen aquai,  
 Ac offeram inferni chelydris squallidi.  
 Dixerat : ô quo nos trudis cacœthes avendi  
 Pactoli venas atq; metalla Tagi!  
 Ramento auriferi structis Heroibus Hermi,  
 Fure probata jacent, jure negata placent. ))  
 Sic Adam fastu buccas inflatus utraq; ))  
 Nititur in vetitum, & poma negata rapit. ))  
 Nulla retardabat Stygium mora longa Moaxim,  
 Qui properè campi limina culta subit,  
 Circeosq; dolos animo meditatus iniquo  
 Retia ponit Adæ, retia ponit Hevæ.  
 Hac Paradisiaco circumspaciatur in horto,  
 Et vitreis oculis nobile spectat opus.  
 Horrendas vafro fraudes sub corde volutans  
 Tartarus implexos spirat ab ore dolos,  
 Et jubet ex antro tetricam prodire Megaram,  
 Vastatum magni nobile plasma DEI.  
 Monstrum horrendum, informe, ingens, cita iussa capeffit,  
 Et vomit occultos ore furente sonos :

### MEGÆRA.

**H**EM meum est primam decorare Spartam?  
 Hem meum est, contra stimulum ferire?

B

Hei fre-

*Adam conspicitur  
 omni vng.*

*Arbor vitæ  
 sive  
 salutis boni & mali*

*Faciunt deo potius deo  
 vultu, non q̄ heic deo alio  
 arbitrio, sed capere  
 vultus. ab eis Eumenides,  
 Pyra & Erinnyes. subit a.  
 tres, & fingunt apud inferos  
 nos habitare, ac facis  
 sceleratis mittere.  
 non eos. Alia, Me,  
 gura vultu.*

*creatura*  
Hei fremam, sternam, quatiā, retundam  
Plasma J E H O V Æ.

Non Homo sacro potietur agro,  
Non homo rebus potietur alinis,  
Non homo summā potietur aurā,  
Plasma labascet.

O ferox sedis Stygiæ caterva,  
Quid moram nectis mihi permolestam?  
Quid? fremas, sternas, quatias, truces  
Plasma J E H O V Æ.

*Apuleus Serpens*  
Nunc ego spissis redimita furcis  
Impigra hanc Spartam properè subibo,  
Et struens technas labiis dolosas

Alloquar Hevam:  
Quid dolas limā Rationis Heva?  
Aut quid in planā Paradisi amœni  
Areā spectas oculis amœnis  
Poma rubella?

O secundis. ò nimium secundis  
Flexibus sulcat mare vorticosum,  
Quisquis arbutum vetitum tenello  
Palpitat ore.  
Non in horrendas Acheruntis undas  
Decidet præceps, nec inops peribit,  
Sed peter cælos, & homunciones

Ture litabunt.  
Ergò quid mentis trutinā volutas?  
Ilicet, fructus modò surpe agrestes,  
Hauries facti preciosa dona,  
Carpito dextrā.

*Mulier suspecta*  
*Heo dubitans dubio Mulier sub corde volutat,*  
*Pectora sunt tumido turbidiora freto.*  
*Ceca libido Rei surgit, quàm ceca libido!*  
*Ferre cupit facti cælica dona sui.*

*Insidiis*

Insidiis vafre blandis illecta Megera,  
Devorat incautis poma rubella labris,  
Ac aures vellit blando sermone mariti,  
Ut degustet, & hâc voce locuta canit:

HEVA, *suave Adamo ut de arbore velle  
dat.*

VAH suave, vah suavissimum!  
Vah dulce, vah dulcissimum!

Fructus genus, quod germinat  
Nobis negatâ in arbore.

Quid repperitur, quid precor  
In arcâ jucundius

Fructu hoc: nihil jucundius  
Cerno, nihil mellitius.

Heus ô marite corculum,  
Posco precatiunculâ,

Ut poma mellitissima  
Libes labellis pressulis.

Præbent odorem myrrheum,  
Præbent saporem mysticum,

Poris odor quàm carus est!  
Ori Sapor quàm rarus est!

Hic constitisset si Sapor,  
Tu palpitalles antea:

Ergò labris mandas tuis  
Fructûs repente suadeo.

*Mellitâ vxoris svadâ deceptus Adamus,*

*Contrivit strictis tradita poma labris. 17*

Hic morsus mortem mortalibus intulit umbris,  
Hic morsus vexit plaustra nefanda mali.

Hoc referata fuit camarina occlusa malorum,  
Hoc præstans ratio reddita caca fuit:

Hoc hoc justitiæ vires misère parentes,  
Facti Tartareis præda petita lupis.

B 2

21

*Transgreditur Adam. Vei  
mandatum.*

Ut pressum vitij's pectus, stans aliger ense  
 E Paradisiacâ sede migrare jubet.  
 Hinc DEVS indomita scintillas concipit iras,  
 Eructatq; feras corde potente minas.  
 Æquor dirarum percussum perpete telo,  
 Et percussa gravi terra timore fuit.  
 Ultima celestium terras Astræa relinquens,  
 In Paradisiacam pervolat usq; domum.  
 Ut mortalis Homo pœnas luat, urget, acerbat,  
 Argumenta minus dissoluenda tenet.  
 Lumine collustrat formatum plasma IEHOVA,  
 Dicitq; Astræe talia verba pie:

### IEHOVA.

**H**Eus mea marmoreo gaudens Astræa rigore,  
 Quid pensitas strictim negoti cardinem?  
 Aliger ætherei tramissus vertice cæli  
 Non criminis pœnas graves quit tollere?  
 Sufficiens non lytron erit mortalis homullus?  
 An non potest exsolvere illud debitum?  
 Versabat nostri miseros Astræa parentis  
 Casus, & talem stabat ab ore sonum:

### ASTRÆA.

**N**on sacrata cohors potest  
 Immenfum penitus tollere debitum?  
 Pœnas sustineat graves  
 Transgressus Domini iussa potentia.  
 Audax omnia perpeti  
 Gens humana ruit per vetitum nefas.  
 Addit se sociam, timidisq; supervenit alma  
 Alma DEI Bonitas, & canit ore pio:

CHR

ἰσπαία ἀπὸ τοῦ  
 οὐρανοῦ πατρὸς  
 ἡσὺ Ἀράτο.

CHRISTOTUS.

*benignitas uulnitas, p[ro]bitas  
p[ro]bitas*

O fficium nostin' miserier alme Iehova?  
 Humani generis miserere.  
 Ah da te facilem, justis bonus annue votis,  
 Non durâ placabilis aure:  
 Cum gravis impostor Sathanas decepit, & illos  
 Retibus obstrinxit sceleratis.  
 Interea Gnato Bonitas causs' m[er]it[is] viamq[ue]  
 Monstrat, sollicitans ut cadat ante patrem,  
 Scintillasq[ue] atræ fumantes mitiget ira,  
 Ac hominis lapsi crimina dira piet.  
 Hæc proles Iovæ rimosâ percipit aure;  
 Cum videt errorum pœnuisse malos.  
 Æquo pensculat duros examine casus,  
 Et sortis miseræ tela revolvit Adæ.  
 Tandem calipotens Heros concludere sortem,  
 Tàm miseratus Adam, quàm miseratus Hevam,  
 Auxilioq[ue] vocare Deos, & tendere palmas,  
 Et querula hæc querulo fundere verba sono:

*Handwritten notes in the right margin, including the word 'p[ro]bitas' and other illegible scribbles.*

CHRISTVS.

O Pater omnipotens, ( si nondum exofus ad unum  
 Mortales, si quid pietas antiqua labores  
 Respicit humanos ) da pœnam evadere facto ,,  
Mortali, & tenues hominum res eripe letho. ,,  
 Siccine diuus Homo, massâ formatus agresti,  
 Ut lapsu graviore ruat, sublatus in altum?  
 Fac ut lætitiæ voces ad sidera jactent,  
 Errant qui in sylvis inter spelæa ferarum.  
 Si moreretur Homo, quis agrum sulcaret apricum? ,,  
 Si moreretur Homo, quis odore ture litaret? ,,  
 Si moreretur Homo, quis brutum pasceret agmen? ,,  
 Si moreretur Homo quis cælica facta referret? ,,

*Handwritten note: Inuoluntario*

B 3

Si mo-

Rhadamanty  
poeta fingit  
Ipsi iudicem  
atque in m  
ferno. Tity  
Iovis & Europa  
qui impiorum  
impulsi &  
pauca huius  
lycia.

Si moreretur Homo, quis nostrum dogma doceret?  
Si morietur homo, Non laus nomenq; manebunt.  
Quamquam maiestate pari tibi care IEHOVA  
Coniunctusque penes me sit Custodia mundi:  
Attamen astriferi speciosa palatia Cæli  
Linquam, & carnis opus mortalis debile sumam.  
Non inculcabit lethum mihi triste timorem,  
Horrida nec fugiam Rhadamanti regna cruenti,  
Trittis ubi cœno, vastaque voragine gurges  
Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.  
Quid ferrugineâ vectans simulachra sægenâ  
Terribili squalore Charon mihi tela pararet?  
Non me terrent crassis tot numina larvis:  
Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus  
Trans pontum fugat, & terris desævit apricis.  
Omnia perpetiar, casus superabo ferendo,  
Me moriente modò asservetur plasma creatum.  
Sic sic amissam liceat reparare salutem,  
Sic liceat vastare Stygis tecta horrida tecta,  
Sic liceat lapsò cælestem reddere vitam.  
Hæc vox læta DEI, quid est vox lætissima Christi  
Languentis recreat perdita membra Viri.  
Hæc vox lætitiæ tantam, tot dona, tot usus  
Lapsò cum totâ posteritate refert:  
Dat quot Hymettus apes, & quot parit æra Corinthus,  
Quotq; vehit clarus sulva metalla Tagus.  
Exaudita pio genitori vota fuerunt,  
Irrita vota minus, sed rata vota DEI.  
Eximius etenim confestim vocibus infit  
Sic Genitor nullo de genitore satus:

IEHOVA.

O Mihi consimilis fili carissime fili,  
Tâm gloriosâ gratiâ, quàm gratiosâ gloriâ,  
Quâ



Qua circumfusis tellus se porrigit undis,  
Sceptro gubernans sempiternum ferreo,  
Nate DEO, quò fata trahunt retrahuntque sequaris,  
I Robur, i Tutamen, i Solarium.  
Pondus inest precibus, florescat plasma vigore,  
Nec squalidis densæ occubet tectis domus.  
I, flumen crepitans Coccyri murmure rauco  
Vasta, & Charontis lubricam cymbam Senis,  
Aufer perversæ turpissima crimina vitæ,  
Quæ circulo mundi capacis pullulant.  
Fabrica tota poli læto fac corde triumphet,  
Et fac Soli corde ut triumphet fabrica.  
Iustifices, doceas, redimas, purgesque piesque,  
Solvas, restaures, liberes, salves, bees.  
Postquam tale parens responsum reddidit ore,  
Ut fieret gnatus victima grata sibi:  
Acciri iussit stellatâ veste ministrum,  
Hæc cui suavidico verba tenore dedit:

CHRISTUS.

O Pars militiæ Gabriel fortissima nostræ,  
Festinos vitreas gressus molire per auras.  
Terra procul vastis colitur Mavortia Campis,  
Dives opum, Canaan gnavi dixere Coloni:  
Nazareth est illic, urbs concelebrata prophetis,  
Quam Iosephus arat Mariâ cum virgine castâ.  
Hæc insignis avis atavis Vatumque Ducumque,  
Hujus uterque parens sectatur dogma parentis,  
Huic adsunt Pietas, pudor, & clementia, amorque,  
Hanc mihi præ multis elegi millibus unam,  
Hæc Magnum veniet nullosine semine Semen,  
Protinus & toto surget gens aurea mundo.  
Dicito sic Mariæ, Mariæ sic dicito castæ.  
Angelus æthereâ circumvolitabilis aurâ,  
Sedula veridici jussa capebat Heri,

Ingreditur

*Org. ad cubilem  
ut annuereit Mariæ  
virgini illa pari  
lucâ filie Per*

Ingrediturq; volans Mariæ lectumq; lavestq;  
Et blando blandos promit ab ore sonos :

### GABRIEL.

*Annunciatio  
Mariæ*

**O** Virgo plena amoris, O virgo plena honoris,  
Salve pudica mater, prodibit unde Soter.  
Te te obruet potentis, Auctor IEHOVA gentis  
Vigente tam favore, Favente quam vigore.  
Gignes celebre numen, Quod siderum cacumen  
Reget, quod arte solem Volver, soliq; molem.  
IESV salubre nomen Tenebit, & grave omen:  
Nam tundet insolentes, Custodietq; egentes.  
*Virgo stupescit inops miro quassata relatu,  
Verbaq; mellitis dat gemebunda labris :*

### MARIA.

**M**ira quæ narras? ut hoc mirabile est miraculum!  
**A**tamen cautè omnium fugi virum commercia.  
**G**ratia at CHRisti refocillat puellam me DEI.  
**N**omen iccirco super tractus fero cæli novos:  
**I**ntimis pectus salit fibris anhelans gaudia,  
**F**orma nam ancillæ Deo non spreta vilis maxumo.  
**I**nde cantabunt beatam sera memet secula:  
**C**ura quem servat Dei, vitam beatus transiget.  
**A**lta perfecit mihi, qui præpotens, negotia;  
**T**am viget sanctum ipsius nomē, referre ut non queā,  
**A**tq; miseratio innotescit omnibus viris.  
**N**emo nervosam potest effarier potentiam:  
**I**nsolentes insolenti sede detrudit suā,  
**M**entis illatæ vehit fastus mali myrmæciam.  
**A**lta in extollit misellos de loci caligine.  
**M**ente mansuetos opum felicitat cornu ubere,  
**E**rigit, ducit, refocillat, beat, docet, fovet:  
**A**t Tagi privos arenâ Diviti linquit lares.

Diuus

D iuus Israël puellum nonnè suscepit suum?  
O re firmatur prophetarum libris testantium.  
M e foveret, duceret cur non I E H O V Æ gratia?  
I nsuffuravit velut Majorum acutis auribus,  
N on tam Abramo, quàm sacro semini per secula.  
V era sit laus, & patri, & proli, & sacro spiramini,  
M ille ut est, escit, fuit per seculorum secula.

Dixerat: Extremò moribundos induit artus

CHRISTUS, & est vero corpore factus Homo. }

Cynthia jam novies cursu peragraverat orbem,  
Eructabat Hiems acris ab axe minas.

Incrustata gelu lugebant flumina crudo:  
Fronde corymbiferâ prius agellus erat.

Virginis æthereo nutabat dia vigore  
Aluis, nec potuit fœtus inesse diu.

Ingressum miseris egressu calicis ardor  
Ad Tempe grati grata parabat agri.

Nobile Tempus erat, quo gemmascebat **FESSA**  
Radix, & placido flore vigeat ager.

Augustus populos augusto Caesar honore  
Quo moderabatur ferrea sceptrâ gerens.

Hic gravitate piâ terra sancivit, ut omnis  
Præberet censum lege ferente suum.

Virgineo sexu properè per saxa, per ignes  
Joseph ad Bethles mœnia verit iter,

Ut non edictum Regis violaret honestum,  
Debita sed Regi spontè metalla daret.

Intrarunt tugurî congestum cespite culmen,  
Rarè Pauperibus janua celsa patet.

Artibus inculcant dum horrorem frigora seva,  
Suppeditat vilem Bethleëmita casam.

Hæc sacram Subolem mundi producet in auras  
Vatum carminibus concelebrata domus.

C

Conti-

Cynthia mens  
Peli. Hæc  
Cynthia dicitur  
Agellus. Et  
Cynthia dicitur  
Viana.

conceptio dei  
in utero facta in  
Cynthia

Census Augusti

Joseph cum Maria pelli  
Bethleem

Contigerat mediam caeli nox humida metam,  
 Quâ pecudes, volucres, quâ silet omnis ager:  
 Lenibant curas reliqui sub nocte silenti,  
 Laxabatq; pius membra sopore Joseph.  
 Tempus adesse videt, fœtum quo solveret alvi  
 Virgo fugat requiem, tempus adesse videt.  
 Nec mora longa (poli quantum mysterion alti!)  
 Editur in lucem vera propago DEI.  
 Non obstetrices, non fœmina, nulla ministra  
 Adjutant Marie parturientis opus:  
 Solus obit Senior sua munia solus Joseph,  
 Quod speculantur oves, buceriq; greges.  
 Contexunt volucres nidos sub tegmine fagi,  
 Nec raro foveis bruta carere solent:  
 Vix ne vix habuit Christus cunabula parva,  
 In quæis tranquillâ membra quiete levet.  
 Mollia non adsunt tibi cervicalia CHRISTE,  
 Obruta nec plumis molliter ossa cubant.  
 Quo Duce Sarmaticum Borealis mitigat aura  
 Triste gelu, ac æstu quo Duce terra tumet:  
 Fugiter hunc Asinus defendit flamine leni,  
 Pabula dum tepido ruminat ore suo.  
 O pueri bonitas nati! ô clementia summa!  
 Quam patiens animus! quam generosus amor!  
 Salve nate DEO visens ergastula terre,  
 Salve nate DEO, gaudia mille ferens.  
 Lubrica cur prave petis ergasteria terre?  
 Cur gaudes hominum conditione frui?  
 Euge venis nostræ cruciatûs tollere vite?  
 Euge venis turbam justificare piam?  
 Euge venis Stygij cymbam vastare Charontis?  
 Euge salutis iter jam referare venis?  
 Recta facis: siquidem mortalia membra IEHOVÆ  
 Sint à Dædaleâ plasmata structa manu.

Nasus Iry  
 Obp. X Jon  
 Lep

LUCF.

cur natus?

artifex q in creta edificavit Per se  
 labyrinthu componit  
 qd sup Ingenio q, varij.



Per te justitiæ lampas caligine pressâ  
 Effundit cæli vertice dulce jubar :  
 Per te libertas omnis reparata coruscat :  
 Per te Plutonis struicta barathra jacent.  
 Gratia sola viget, sedatis fluctibus iræ  
 In nos horrendæ, gratia sola viget.  
 Astra DEO plaudunt, pastores cantica pangunt,  
 Et canit angelicus jubila mille chorus.  
 Pastores vigiles lato spaciuntur in agro,  
 Et sua fœcundi viscera ruris amant.  
 Dii solvunt sanctas toto de pectore grates,  
 Quod custodierant agmina salva gregis.  
 Nobile conspiciunt cæli systema corusci,  
 Et concussa novo membra pavore jacent.  
 Angelus extemplò celeri velocior Euro,  
 Expansis alis ætheris arva secat,  
 Atq; gregi cælo radianti nuncia defert,  
 Et procul inde fugat triste pavore onus.  
 Nuncia quàm trepidis sunt nuncia grata Colonis ?  
 At Cherubim tali voce locutus ait :

*Cantica Angelorum  
pastorum*

### CHERUBIM.

**N**ON semper imbres nubibus hispidos  
 Manant in agros, nec mare Caspium  
 Vexant tumescentes procellæ,  
 Ut rabidæ sinuentur undæ.

O cara pubes, desine mollium  
 Tandem querelarum, & potius novas  
 Cunas colens, Regem potentem  
 Carminibus celebra decoris.

Omnem pavorem Cordibus eggere ;  
 O vos beatos terque quater viros !  
 Vobis dolore jam Sepultis  
 Gaudia non peritura porto,

C 2

De quo

De quo prophetarum arva scatent sacrum  
**CHRISTUS** pudica virgine natus est ;  
 Peccata **MESSIAS** piare  
 Venit in orbis opaca tecta.  
 Nunc fortuitum linquite cespitem,  
 Umbra[m] hospita[m] quò sociare amant  
 Frondes, & obliquo laborat  
 Lympha fugax trepidare rivo.  
 Vobis eundum est, pergite, pergite,  
 Bethles ad urbis mœnia vilia,  
 Inter rudentes voce onagros,  
 In stabulo invenietis arcto.  
 Præsepibus Rex horridulis novus  
 Ac involutus fasciis cubat,  
 Pro lecto agreste est Fr̄s, tenellis  
 Et stipulis cooperta membra.  
 Lactis novi Spumantia Cymbia,  
 Et mella agresti condita subere  
 Adferreque insuetum myricis  
 Metrum agili stipulâ integrate.  
*Hæc ubi finierat, tenues secat angelus auras,*  
*Et pubes rigui tota tremiscit agri.*  
*Sacra phalanx circum nati cunabula Regis*  
*Grata, pœana canit ; juba[m] mille canit.*  
*Quod penitus lapsum **CHRISTUS** reparaverat orbem :*  
*Sed modulabatur talia verba chorus :*

### HIERARCHIA.

**D**EUS salutis Auctor & fautor datæ,  
 Augustum augusti nomen & omen habet.  
 Hic condidit terræ capax circulum,  
 Tergeminus **D**EUS est, tergeminus Dator est.  
 Huic nobili **I**OVÆ profectus intimo  
 Pectore summus honos, gloria summa fiet :  
 Nec non

Nec non hōmullo sit voluntas incluta,  
Et toto germen germinet orbe ferax.  
Æthere tandem finitā voce phalangis,  
Ut plausu, applausu personuere poli!  
Summo letitiæ plausit circumdata honore  
Fabrica tota salī fabrica tota Soli.  
Interea pubes Sylvæ sermone volutat,  
Perpenditq; animis mystica facta piis.  
Nec mora, festinat Bethles ad mœnia vilis  
Spectatum pueri membra tenella novi.  
Passibus ambiguis ades intratq; videtq;  
Tām genericem ipsam, quàm genetrice satum.  
Ergò humeris tollit procero stipite laurum,  
Et pangit nato jubila mille DEO,  
Arbutisq; domus terebinthis tecta coronat,  
Adfigitq; oleas, juniperosq; citros.  
Sic spargit viridi Idaliam cum baccare myrtum,  
Et velat ferto mellicolore casam.  
Ex imo sanctas effundit pectore grates,  
Quod DEVS induerat debile carnis opus.  
Ecce Palestini rutilabat Cæsaris astrum,  
Oceano volucrum sole vehente diem.  
Hoc longè radiis superabat sidera fuis,  
Et par non ullum sparserat antè jubar.  
Titan ceruleus rubeo procedit Olympo,  
Et Dictynna udum lampade lustrat agrum:  
Unica pro reliquis insueto lumine stellis  
Vertice Sidereo stella corusca micat,  
Gentibus & variis toto viventibus orbe  
Indiget at roseum promicuisse diem,  
Quo DEVS indutus contempto schemate servi  
Prodiit in lucem virgine natus Homo.  
Hæc Gades Tyrias ortu revocabat Eoo,  
Atq; dabat partus publica signa novi.

C 3

Hæc splen-

stella

Hæc splendore Magos Sophiæ organa summa docebat  
Natalem Regis promicuisse novi.

Hunc Sophiæ antistes teneris ut spectet ocellis,  
Per cautes, per agros, per mare carpit iter.

Ne trahat in gyrum venientem lubricus error,  
Effusis radiis stella corusca cavet.

Ne Nazareis via dividat in via terris,  
Hæc præit, hæc certum prævia monstrat iter.

Inde pedem figens supra fastigia tecti  
Constitit, & subiit læta theatra Magus.

In stabulis tuguri, quæ carice tecta palustri,  
Invenit Regem cum genetrice novum.

Poplite procumbunt flexo, & diademate fulvo  
Accingunt socii Regis honore DEUM.

Flava metalla Tagi donant, & turis acerram,  
Ac PVERO myrrhæ munera magna ferunt.

Magi ad  
causam

flavij patris nbi  
aurum mō cuiq̃

Aurum Regi

Myrrha, modi

Ug. dicitur nota

Salvos imperii fines munimine firmo  
Servantes Reges aurea massa decet :

Persica myrrha necem CHRISTI designat acerbam :

Tus notat eximio vota probata DEO.

Sicut triste Lupus stabulis tenerum ambit ovile,

Ut pingue hamato visceret ungue pecus :

Sic ferus Herodes furibundo percitus œstro

Eructat rigidas ore furente minas,

Ireque ardentes austera ventilat ignes,

Et rauco horrendum fulminat ore sonum.

Non aliter crepat ut scintilla Typhoidos Ætne,

Quæ radice suâ pingue bitumen habet.

Enecet ut CHRISTUM, velis remisq; laborat,

Arida sed fessis litora bobus arat.

Ingluviè scelerum circumstipatus, adeste

Inquit, & hunc rabido fundit ab ore sonum :

Sinite

Herodis scortia

HERO.



## HERODES.

**C**edant mihi Reges potentes cæteri,  
Cedant Duces fortissimi.  
Cedant, minax quos fulcit umbo circite,  
Amphytrionis filii.  
Cedant rotatu præpetum pulcherrimi,  
quotquot cacumen fert poli.  
Clarus metallo, clarior potentiâ,  
clarissimus sum copiâ.  
Quæ Regibus magnis Enyo Martia  
mihi cieret classica?  
Sed ne nouus REX clarior sit viribus,  
nitar, furam, vi, viribus.  
Ut ficta fragili vasa franguntur luto:  
Sic IESUS in pectus ruet.  
Quotquot paludatâ domo versamini,  
cur non adestis singuli?  
Latum per orbem sævientes currite,  
nullæ retardent vos motæ,  
Quos vagientes cunq̃ue cunis in vagis  
Infantulos lustrabitis,  
Mactate, sicut passeris mactat coquus,  
nulli tenello parcire.  
*Ad nutum Domini latum spaciata per orbem  
Expedit extemplò jussa nefanda cohors.  
Matris ab uberibus tracti cæti membra puelli  
Concisim Mavors ense trucidat atrox.  
Ab matres miseras que lamentatio copit?  
Ut luget genetrix acta peracta viris!  
Ut gravis Infantum clades! ut perdita strages!  
Terra madet lachrumis, sanguine terra madet.  
Sed non ex animo successus cœpta Tyranni,  
Infandi sceleris cœpta nefanda beat.*

*Non tarda.*

*Jubet necari etiam  
omnes infantulos.*

*Piana*

Non tardavit enim tutis servare sub alis  
Stelliferâ gnatum sede **J E H O V A** suum.  
Tempus erat, placidum carpebant bruta soporem,  
Et Dictynna dabat lactea suave jubar :  
Visus adesse pio rerum formator **Joseph**  
Protulit in somno subsequa verba levi :

### I E H O V A.

**O** Joseph Joseph ecquis circumstrepit hostis ?  
Ecquis minatur virus Infanti meo ?  
Hûc hûc collimans detorquet spicula cornu,  
Sed Prynichi luctâ antra spirat Gyrgathi.  
Matures abitum, mora te non longa retardet,  
Bellona cum grandescat in Lactentibus.  
Demigra tollens puerum cum matre lacertis,  
Stripatus insigni catervâ præpetum.  
**I**, pelusiacas properè te confer ad oras,  
Oras Orionis nivosi nescias.  
Joseph consiliis felix obtemperat almis,  
Et monitum Domini curat amatq; sui.  
Infantem portans castâ cum matre lacerto,  
En petit à patriis dissita rura focus.  
Interea miles circum malesanus eunda  
Inceptum cœptum continuare studet.  
Paruula turba cadit, quis non lugeret acerbos  
Infantium casus ? parvula turba cadit.  
Siste Tyranne gradum ; quid causæ? turbat **I E S U S**  
Cœpta Tyrannorum. Non ego sisto gradum  
Siste Tyranne gradum ; cogor. quis cogit? **I E S U S**,  
I nunc & rapidum siste Tyranne gradum.  
Incidit Impietas scyllam, quam fabricat, ipsam ;  
Concidit Impietas fracta dolone suo.  
Jamq; papyriferi ripis Anthenodis hostes  
E medio raptos, fama volare Sagax.

CHRI-

*Somni u'm  
Joseph*

**CHRISTVS** dat specimen nature clarius alma,  
 Et petit exculte pulpita docta schole.  
 Mente, favore, animâ, cumulatim, celitus, auctim  
 Tempa, scholas, Verpos, diligit, auget, amat.  
 Casta **DEVS** mens est, castos fovet, instruit, armat,  
 Ergo casta tori jura probanda probat,  
 Et fontis latices muscosi vertit in atra  
 Taurominitani ter tria pocla **DEI**.  
 Quid? portentificis pollens Podalyrius herbis  
 Squalens Pæoniâ subleuat bulcus ope.  
 Hic tollit tetrum lepræ cacothêbes edacis,  
 Hic sanat Vernam bellipotentis Heri.  
 Hic fractâ ratis antennâ tutamen, asylum,  
 Hic spargit fidei semina pura pia.  
 Hic variis variis factis insigniit oras,  
 Hic pavit modico corpora mille cibo.  
 Gesta equidem quæ tùm virescens edidit Heros  
 Censeret numeris dia Thalia suis:  
 Sed digitis spectat pressis Polyhymnia men? si!  
 Rivi claudantur. Quod feror? altra fero.  
 At justumq; piūq; prius prece numen adire?  
 Sic igitur gnato vota ferenda **DEO**.

*Miracula Ihu*

ΕΛΕΓΕΙΔΙΟΝ **EVCHARISTICVM.**


**Ο**ΤΙ ἔλαβες μορφῶν ἀνθρώπου ἡμετέροιο,  
 ἅσματα αἰδῶ σοι χαριέντα λέγω.  
 ὡς πρῶτόωλας ὁ δέλω ἐβίβασεν ἐφειμῶν,  
 καὶ σκνηπᾶις καρπὸς ἤφατο χερσὶ μέσσοις,  
 σὺ δὴν ἔγενονας λυτρώτης δεξιὸς ἀνδρός  
 ὁ δὲ γλῶσσῶν παύσας παυδωάτοιο πατρός.  
 Θεῖον ἐπέσκαλας ἔλυμπα ἄγγελον ἐυεῖ  
 πρὸς μαρίων σέμνῶν παρθενικῶν τε καλῶν.  
 καὶ σὺ δικαιοσύνη, ἢ θεῖον κῦμα Δαβίδος  
 ἐσθλῶν, γεννηθεῖς ἐκ πατρός αἰδῶ.

**D**

**EH**



Ἐκ Μαρίας δ' ἀγνῆς σαρκωθείς μητρὸς ἀληθῶς,  
 ἀνθρώπων ἔλαβες σῶμα ἑόντ' ἀεὶ.  
 ἠδὲ δικαιοσύνην, ἠδ' ἀϊδίον μὲν ἔδωκας  
 (σίτῳ ὄλεος ὅρ' Ἀδὰμ) πᾶσι βροτοῖσι βίον.  
 Σὺ κτισῆς ἡμῶν τὸ δέμας τε φυλὴν τε ὁμοίῳ  
 ἀνδράσιν εὐσεβέας; ὅυ κακότητα μόνως.  
 οὐκ ἡμῖν τὰ χήματα, ὅυ κειμήλια χρυσῶ,  
 ἀλλὰ ἔδωκας σὺ λύτρα δίκαια πατρί.  
 οὐδ' εἰ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα ἢ σώματ' εἶεν,  
 ὅυ δύναμαι χηρῶν πράγματα πάντα λέγειν.  
 ὦ βλικωνιάδες μῦσαι νῦν κλείετε χηρῶν,  
 ὅς γένῃ ἐκ παντὸς ῥέξει κακοῖο βροτῶν.  
 τίς δύναται θνητῶν ἐξαυτῶν θαῦμα μέγιστον;  
 ὅττι τὸ κύμα δεῖξ' εἰς χθόνα ἦλθε πατρὸς.  
 τίς δύνατ' ἀγέλλων ἠέπειρ πῆν' οὐρανοφοιτῶν,  
 ὅττι δεῖξ' υἱὸς ἔλλαβε σῶμα βροτῶν;  
 Σὲ κτισῆν λέγομεν ψαλμοῖς, σὲ κλείομεν ὕμνοῖς,  
 ὦ πνεῦμα μόνον τῶν μεγάλων δεῖ.  
 ἀτρεκέως σοι ἔχω χάριν ἐκ θυμῶιο ὁλοῖο,  
 ἠδ' εὐεργεσίης δῶρα μέγιστα λέγω.  
 ἄσματ' ἀ σοι πάντες βασιλεῖ χαρίεντα λέγωσι  
 ἀνθρώπων, ὅπασθες ἠέλι' καθορᾶ.  
 ὦ ἄνα υἱὲ δεῖ, Μαρίας τέκν', οὐποτε σέο  
 λήσομαι ἀρχομένῳ, οὐδ' ἀποπαυόμενῳ.  
 ἀλλὰ ἀεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον, ἡμασι πᾶσι  
 ἀείσω, σὺ δέ μιν κλυθὶ δίκαιε θεός.



*Vna Vigens Virtus Nobilitare Potesť.*

MEDIVS TRIQVE TRI  
ANGVLVS

DE ADMIRANDA D. IESV CHRI-  
sti Anastavosa, varijs carminum generibus  
descriptâ;

AMPLISSIMIS ATQVE pRVDEN-  
tissimis viris, Dn. Consulibus, Camerariis, atq;  
Senatoribus reipub. Neotreptovianæ, Patronis atque  
amicis, summâ animi subjectione  
colendis, dedicatus.

**H**eroa, Heroes, cecini, cui poplite flexo,  
Militat omne solum, militat omne salum:  
Hoc castum casto deductum pectore Carmen  
Vobis fronte piâ consecro, dono, dico.  
Quid donare jubet? cultus pietatis honestus;  
Qui pietate vigent, prosperitate vigent.  
Si pietas jubeat, patriæ si suadeat ardor,  
Docta cohors doctâ volve revolve manu.  
Sic clueat clarum æternos ut nomen in annos,  
Vota precesq; animi cottidiana volunt.  
Sic maneat saluum Pylios ut corpus in annos,  
Vota precesq; animi cottidiana volunt.

Vest. Dign. observantiß. cliens

Valentinns VVyntherus Neotreptor. Pomer.

D 2

Hacte-



**H**ic Aeneas occinuit dignam rem Musa phaleuco,  
Quinam peccarint plasmata facta DEO.  
Quod Protoplasti nos lamentabile factum,  
Duxerat ad Stygii densa barathra Lupi:  
Sed CHRISTVS lapsum spectavit plasma, quid  
Reliquit rutili pulchra theatra poli. (inde ?

Hic fesse satus est MESSIAS stirpe, quid inde ?

Assumpsit famuli schemata spreta pii.

Hic necis horrendae confregit tela, quid inde ?

Amisissas factus PASCHEA redemit oves.

Hic expurgavit labis fermenta, quid inde ?

Posticas sannas, verbera, verba tulit.

Hic scelerata Stygis vastavit spectra, quid inde ?

Duxit pomposo clara trophæa modo.

Ergo Christiades Muse citò vertite vela,

Versus materies Passio sancta fiet.

Hinc innotescit summi patris impetus iræ,

Hinc innotescit gratia summa patris.

Hinc innotescit residens in pectore Storge,

Hinc innotescit summus, amaror, amor.

Quum SOTER artus mortalis rore rigarat

Hybleo, vite pollicitatus aquam ;

Hinc velut ad metam detorquet spicula fixam,

Ut stans promissis dona ferenda ferat.

Ergo turrigeræ festino tramite cœpit

Indugredi Solymæ tecta superba situ.

Frondebis excipitur passim frondentis olive,

Excipitur placido palmite pacis amans.

Nuncia signa refert duræ sortisq, necisq,

Atq, periclorum nuncia signa refert.

Prædices

Predicit Solyme lacrumarum valle ruinam,  
 Et grave predicat perditionis opus :  
 In pejus ruet, & retrò sublapsa labascet  
 Urbs, quamquam solidâ est ædificata basi.  
 Dixit, & evulsit Lernaam floribus Hydram,  
 Augiæ stabulum ne foret æde sacrâ.  
 Ne deglutiret triplex Balena clientem,  
 Arte favere hœdis ; Marte nocere Capris.  
 Quid confecta sibi medicatus pharmaca docti ?  
 Priva vigore jacent, priva valore jacent.  
 Hic Medicus contrâ Pandoræ pyxidem hiulcâ  
 Pharmaca caelesti tincta vigore dedit.  
 Ut portenta vident recutiti mystica Verpi,  
 Faucibus è diris fulmina dira vomunt.  
 CHRISTVS at insultum cordato robore spernens,  
 Unius haud assis fulmina leva facit.  
 Erudiisse pios summus non desit HEROS,  
 Sed sibi commissas amplificavit oves,  
 Donec adesse dies, & inexorabile tempus  
 Sciret, quo fudit verba diserta labris :

## CHRISTUS.

**F**Allor? an astriferâ rutilant de sede Corusci  
 Soles, Tariades tenerum queis enecat hœdum?  
 Sic est : Festa dies renovati paschatos instat,  
 Quo non cornupeta, ut crebrò, mactabitur agnus,  
 Ast ego Lytron ero vasti pro crimine mundi,  
 Et tener agnellus, tenerâ qui fronte coniscat.  
 Lapsum plasma patris redimam de faucibus orci,  
 Tartareæque feram crucis exitiabile robur.  
 Hoc animadvertens tenebrofi Reçtor averni  
 Bella redempturo pulverulenta ciet.  
 Exsurguntq<sub>3</sub>, fremuntq<sub>3</sub>, furuntq<sub>3</sub>, sonantq<sub>3</sub>, tonantq<sub>3</sub>  
 Phasmata Tartareæ pernitiosa domus.

D 3

Plebs Pha-

*ignis paschalis*

Plebs Phariseorum, germanæ Bapta Cotyttus,  
 Hic, illic, Solymi rana coaxat agri.  
 Autoris vitæ supponit retia vitæ,  
 Et jacet in CHRISTI lurida tela caput.  
 Eructat, fundit, profert, effingit, acerbat,  
 Sarcasmos, iram, scommata, probra, minas.  
 Confluit en proles immanis Cercopitheci,  
 Et fallace DEI ventilat arte necem.  
 Nobilis, oppiduli, Lytrotis CHRISTVS homullâ  
 Tecta Bethanæi dilacerata subit.  
 Ilicet huc celerem maturat fœmina gressum,  
 Fœmina cui Nardi copia suavis erat.  
 Lacteolo prasinum confringit pollice vitrum,  
 Atq; rigat CHRISTI lenè liquore comas.  
 Illa supercilio contemnit facta severo  
 Antistes CHRISTO junctus, & ore fremit.  
 Sed Rector placidâ castigat voce frementem,  
 Verbaq; Discipulis candidiora refert:

## CHRISTVS.

**H**Eus ô Discipuli quidnam oggannitis amicæ?  
 Quid vobis mulier crabrones excitat? immo  
 Nullum patrauit factum culpabile, non est  
 Quicquam operata mali, nec aquam fulcavit aratro.  
 Aedes cottidiè gracilis circumdabit Irus,  
 Sed non annoso me collustrabitis ævo.  
 Hæc, quod Achæmenio madefecit membra liquore,  
 Denotat exstructum mihi memorabile bustum.  
 Laus virgunculæ erit florens, nomenque manebit,  
 Donec Cecropiis apibus turgescet Hymettus.  
 Interea Judas rabido sub corde volutat,  
 Damna ferenda mihi; damna ferenda tibi.  
 Ad Phariseorum celeri volat agmina gressu,  
 Ut Blattis promptâ seruiat arte sua.

In unguis  
 in sepultura  
 a muliere

Cecrops rex  
 Atheniensis  
 unde  
 Cecropida  
 Atheniensis.

Judas

Et Gor-



Gortij's civitas in Creta

Et Gortyniaco defert velocinus arcu  
Officia, Hesperii captus amore Tagi.  
Ut delubra subit trabeati structa senatus,  
Talis ab ignivomâ fauce loquela fluit.

### JUDAS.

O Eu Bõe Mimallonibus queis premor?  
Enthusiasmus strepit quis per ossa?  
Ego moliar quid dolosæ Rei.  
Fortes Apellæ mihi interroganti  
Paratis loquelam labris reddite;  
Donabitis quo Tagi me metallo,  
DEUM proderem si IEHOVÆ Patris  
Sudore prolem beatam beati.

Postquam bachans Bachiacum eructasset Judas,

Letitiâ Verpûm corda superba tument.

Nummos triginta spondent ut voce paratâ,

Arrha ne fiant irrita pacta cavent.

Quò mortale, fame scybalon non cogitur auri?

O Juda reddis quæ benefacta DEO?

Siccine sectaris vestigia docta Pelargi?

Siccine prodendi queritur ansa DEUM?

O pietas! ô rara fides! Sed remiget omnis

Stultus ad Anticyram remiget usq; feram.

Paschatos interea festum spisso æthere fulsit,

Quo gustanda labris azyma liba forent.

Ergò memor sacri CHRISTUS festiq; cibiq;

Ut Cyrceus holor fudit ab ore melos:

### CHRISTVS.

O famuli, vòs recta piam via ducat in urbem,  
Quà cuncti Ifacidûm veniunt Iedabâque, Sabeque  
Hierichonte domo, celsâque Berothidos arce,  
Longinquis Masp hæ, Molidæque Bathaldidos oris.

Quà ten-

Mamillo cui vult sup. et  
sup. Bacchi bogone in vultu,  
Sicut alius vultus & vultus  
Sic h. menades, Baccarides

triginta argente

Anticyra in Syria non longe  
a Macedonia distans, curiam  
habet magis vultus inaffat.  
Unde quereb. Kavigel  
Antyciras, o. Jalsang ep.

Disignati jubentur  
parare Pascha

Quà tendunt Sebaman, Boforiniq; Nabenq; Selamq;  
Gaulida, Seoniam, Balmemque Rabota colentes,  
Liba suis gustent labiis ut mystica liba.  
Obstrepet umbrosæ spumantia Cymbia lymphæ  
Vir gestans, verbis cui significate disertis,  
Me secum sacram sumpturum Paschatos escam.  
Aulæata domus monstrabit tecta, parate  
Pascha, ubi sunt hypocausta tholis Aforata superbis.

Adstant Discipuli reverentes poplite flexo,  
Expediuntq; DEI strenua jussa sui.

Abstrusa in venis silicis pars semina flammæ  
Quærit, pars sylvas surripuisse studet.

Nec mora, temonem retrahens lux Hæbeta longum  
Funditus Oceano gaudet inesse vago,  
Atq; racemifera suadent umbracula vitis  
Pendula, vicine tecta subire domus.

*non nisi das auf*  
*die witz gesehe in*  
Gausape purpureo tersum Salvator ad orbem  
Sedit, & incepit farier ore pio:

## CHRISTUS.

**U**Nus erit vestrûm furiali percitus æstro,  
Instar habens fungi cerebella parumper acuta,  
Helleboro quoque digna nigro, fert nomen & omen.  
Qui mihi Masyllas struit infidiasque bilingues  
Fraudes, ut leporem solet indagare Molossus.  
Proditor en mensâ mecum discumbit acernâ,  
Atque simul patinæ delibat fercula postæ.  
Felix, ô nimium felix, bis terque beatus,  
Si non hausisset vitalem corde vigorem.  
Mortis obibo jugum, nec me dolor iste gravabit,  
Sed Patris infidias structurem destruet ira.

Ancipiti mentes rerum formidine pressis  
Pexæ discipulis obstupère comæ:

Alter ab alterius titubanti pectore pendet,  
Alter & alterius respicit ora, manus.

Haud necis

*frig loy de*  
*proditor jada*  
*sedens in mensa*

Haud necis ignarus dat testamenta ministris  
CHRISTVS & instituit foederis acta sacri,  
Et cum voce manus duplices ad sidera tendens  
Distribuit panis fercula grata canens:

## CHRISTUS.

Sumite divinam, quam vobis largior, escam,  
Est etenim jucunda mei sacra Corporis esca,  
Quod piat infixæ labis peccata nefanda:  
Hunc quoties panem puro libabitis ore,  
Este meæ mortis memores, vitæq; peractæ.  
Sanguinis hinc laticem mirandis fontibus haustum,  
Et mensæ impositum panis gustate labellis.  
Sanguinis hic Crater vestro pro crimine fusi.  
Hunc quoties sacro succum gustabitis haustu,  
Este necis memores, memores quoque sanguinis este.

Postquam sincero fuderunt pectore grates,  
Cum dapibus sacris mensa reposta fuit.

Soter Coccineo corpus denudat amictu,  
Suturâq; latus versicolore ligant,  
Et capiens purum puræ carchesion undæ,  
Discipulis madido membra liquore lavit.

Pòst simul abstersit puris mantilibus artus,  
Et liquit nullo gluten amore carens.

Interea nullo jubaris splendore rubescit  
Æquor, at Oceano nox latebrofa ruit;  
Quâ cupit irriguo quisquis turgescere somno,  
Quâ fessos artus marcide somne tenes.

Nec mora, nec requies, CHRISTVS sub tegmine noctis  
Rellinquit curvis mœnia structa tholis.

Flumine Cedronem lutulentum transit hyberno,  
Montis olivetî cum juga celsa petit.

Pervigil undenûm cœtus comitatur euntem,  
Ad quem se vertens CHRISTVS amandus ait:

E CHRI-

*Inspitatio canna*

*Trj laval sequitur*

*Transit flumen  
Cedron*

## CHRISTUS.

**D**um sua hyperboreus vertet plostellæ Bootes,  
Ædonus Boreas vox exagitabit inermes.  
Sorte meâ moti plantis pernicipibus omnes  
Vos scrutabimini latebras indagine longas:  
Sicut grex ovium spaciolis errat in arvis,  
Cum circum upilio prædone fugatur acerbo.  
At cum proveniens vacuum reliquero tumbam,  
Quisquis me reducem Galilæis cernet in oris.

*Hæc responsa parat citò sesquipedalia Petrus,  
Et sic magnanimos promit ab ore sonos:*

## PETRUS.

**R**ABBI perfidiæ non me prius argue Rabbi,  
Quam dabo terga fugæ.  
Abdita rimentur Socii Spelæa ferarum,  
Mî fuga nulla placet.

## CHRISTUS.

**O** Fidens animi Petre, ô charissime Petre  
Sortis cum Zephyri spirent, potes usque tonare  
Eloquio, & verborum ampullas fundere magnas.  
Verùm vera loquor, Boreas cum fetifer alto  
Mugitu stridet, rectâ fugitius abibis,  
Et cum gnomonem medium nox humida tanget,  
Me turpi linguâ, turpi me voce negabis.

## PETRUS.

**V**AH! mihi tantillum tun? credis? ficcine cordi  
Robur abesse putas?  
Audebo pro te Rabbi sanctissime Rabbi  
Mortis obire jugum.  
Quo te cunque feret fatum, vestigia sectans  
Fortis ubique sequar.

*Interca*

*Petre Christi negabis.*

Interea CHRISTVS fido comitatus Fano,  
Illicò Gethsemanes roscida rura subit.  
Hortus erat junctus ruri cultissimus hortus,  
Quem communibant vimina sepe levi;  
Dives opum, dives Platanorum, dives amomi  
Halabat niveo Cynnama suave sinu.  
Huc citò maturans gressum veneranda propago  
Cum famulis horti limina culta subit.  
At ceu Theiciâ remus lentatur in undâ,  
Libs, Eurus, Boreas quum freta glauca movent:  
Sic animus CHRISTI curarum mole gravatus  
Horrescit magni triste pavoris onus.  
Pòst siccas solvit fauces, Mœra arma stypescens  
Et querulum querulo protulit ore sonum:

### CHRISTVS.

Eheu cœlesti privantur membra vigore!  
Heu coit heu gelidus pœnæ formidine sanguis.  
Languescunt animæ vires, & faucibus hæret  
Vox concussa metu. Iccircò vigilate ministri,  
Inviçtumq; oculis jam jam defendite somnum.  
Dixerat hæc sociis: paullisper deinde recedens  
Se totum prono corpore sternit humi,  
Compellatq; Patrem, pansis ad sidera palmis,  
Et sacram sacrâ voce reposcit opem:

### CHRISTVS.

O Pater alme Pater justi quæ caussa furoris?  
Siccine me pateris curâ macerariet omni?  
Auxiliare parens, inopi succurre vocanti.  
Transseat oro calix, tuaquem mihi dextra propinat.  
Ut rectâ migrans, duro demissa grabato  
Discipulos sensim membra levare videt:

E 2

Taxa

*Arg hortum inie*

*Hortus si signulos  
ne dormiant*

*Arg in horto  
oral*

*Taxat dormi-  
culos si-  
palos*

Taxat somniferi vehementem voris amorens,  
Et taxat famulos Endymione satos.  
Respectens terno celum clamore fatigat,  
Ne sibi propinet dira falerna parens.  
Non secus ac guttis stillat de nubibus imber,  
Nec non densatus grandine pulsat agros :

*Stillas sanguis  
nem sabbat*

Sic CHRISTI toto manabat corpore sudor,  
Qui raptus gelidi sanguinis instar erat.  
Respuit haud Genitor rugosa fronte, sed astris  
Audivit gnati vota precesq; sui,  
Et misit volucrum plantam pernice ministrum,  
Qui prolis cura pharmaca grata daret.  
Ut primum nubes mentis discussa, revertit  
Ad Famulos plantam sat titubante, loquens :

### CHRISTUS.

O Socii socii quid in ambas stertitis aures?  
Dormitum fatis est. Date vota, repellite somnum,  
Nam rapidis Iudas superat jam cursibus arva,  
Ne gentem Isacidum duram spe lactet inani.

*Adventus ca-  
palos.*

Hec vix ac ne vix viri danti effatus agello,  
Et clamor celo; ferreus imber adest.  
Illic fertur in arma cohors furiosa rebellis,  
Et cum cuspidibus torta sarissa micat.  
Armaq; pilaq; hamentataq; tela, cateias  
Quisq; suis humeris induit, aprat, habet.  
Pars gravidis palmas insertat caestibus ambas,  
Pars ferro inspicat sedulitate faces.  
Adventare videns CHRISTUS, non mente tremiscit,  
Sed fortes forti fundit ab ore sonos :

### CHRISTUS.

State viri, quae causa viae? quidve estis in armis?  
Quod ferrum? quidve haec geritis tela irrita dextris?  
Heus mi-

Heus mihi dic miles viridi quem quæris in horto?  
An me? Sum præsens ducas quocunque lubescit,  
unus ego parvi facio funalia longa.

Sed cur scutigeri contra me tenditis unum?

Sæpe tamen visi delubra sonantia cultu,  
Sæpè etiam retuli vobis documenta parentis:

Cur non sæva meæ struxistis retia vitæ?

At compage poli jam nox interbitat atra,

Quâ vibranda in me reboant tela horrida tela.

Ducite, sed circum famulos relinquire stantes

Illæfos. Nam nil pœnæ meruère, nec ausi.

*Dixerat, & dictis sic sternit Martis alumnos,*

*Ut jaceant irepido membra sepulta metu.*

*Surgere pòst terrâ somnoq; merog; sepultis*

*Consimiles, & sic farier ore fero:*

## MILITES.

**H**Ebrei generis Rectôr amabilis,  
Nosmet castra juvant, & lituo tubæ

Permissus sonitus, longaque lancea,

Quâ te quærimus obvium.

*His dictis Judas satus Iscariotide villâ*

*Infixit Domino basia ficta suo.*

*Quod cum prospexit signum recutitus Apella,*

*Intulit innocuo stupea vincla DEO.*

*Hæc peltata cohors frameam conamine vibrat,*

*Hæc rabidi glomerant cominus arma viri.*

*Hæc stant attoniti comites patientis JESU,*

*Quos sic affatur Petrus ad arma ruens:*

## PETRUS.

**O** Nos exanimes, somnoque metuque sepultos  
Quæ mora longa trahit?

E 3

Quid

*propheta verbo*

*logos*

*of cuba - Judæ*

*Petrus cum  
Anipofailas*

Quid cunctamur opem nostro deferre Magistro?  
Seria res agitur.

Eripiam verpis Dominum victricibus armis  
Martia castra sequens.

Quid tu? quid latras? calido mihi sanguine pœnas  
Te soluisse decet.

Dixerat: Extemplò vaginâ liberat ensem,  
Ac Malchum, tamquam Marspiter, ense ferit.

Increpat audentem CHRISTUS decernere ferro,  
Et tali pacis voce coërcet amans:

## CHRISTUS.

QVis furor iste novus? vetito non fidite ferro,  
Nam præfens Geticis tempus non indiget armis.

Heus mucronigerâ telum tu conde pharetrâ  
Petre tuum. Nam qui vaginâ liberat ensem,

Injussus, pœnas solvet mucrone peremptus.

Me gustare mei prohibebis Nectara Patris?

Ah me jurâ premunt Mœræ, pressura ferenda est.

Si pater indignum quid me tolerare videret,

Protinus albenti juvenes tramitteret æthrâ

Aligeros, & pro gnato pugnare juberet.

Sed stant firma sacrae Triados mysteria sacra.

*Sic ait, & Peon nulli virtute secundus*

*Vulnera perfacili sanat hiulca manu.*

*Ut mala sentiscunt reboantis fulmina sortis*

*Discipuli, præperè sylvea lustra petunt.*

*Miles at Ogygiis tandem stimulatus Edonis*

*CHRISTI adamanteâ cœmpede membra ligat.*

*Hinc ad Cajaphæ juvenem post cerga revinctum*

*Adducit plenis atria celsa viis.*

*Desinit haud Solymam cursu jam præpete Magnam*

*Fama sequax omnis pervolitare rei,*

Dogma



Dogma Pharisaeicum qui condemnasset ad orcum

Vincula jam pedibus ferrea ferre suis.

Confluit iccirco cœtus juvenumq; senumq;

Multivolus sacrâ sede popellus adest.

Regalis surgit delubri Rector, Eburno

Atq; loquens solio, sceptrâ superba gerit:

### CAYPHAS,

O præpotentum turma lecta præsidum,

O Martiorum turma lecta militum,

O quotquot in lato sedetis atrio

Mentes, & aures flaccidas advertite.

Hoc expedit vobis, necetur unicus,

Quam tota gens perdat ut radicitus.

Ergo necis scrutamini infensissimas

Causas, & argumenta flexuosa. Sed

His obruam instructus reum fallaciis:

Heus ô faber, quam fabricatis fabricam?

E fontibus queis dogma prompsisti tuum?

Quænam ministrorum cohors, quâ cingeris?

### CHRISTVS.

ME manifesta jubes Præsul effarier audax.

An tamquam vespertilio sub nocte volavi?

An spelæa docens verbum sylvatica visi?

Sacra meas equidem resonare palatia voces.

Iccirco quæras, qui me audivere docentem.

### CORNELIUS FRANCINUS.

HEM captive Procax, digneq; runcinâ,

Maxillis alapas accipe turbidas.

Respondes domino ficcine maxumo?

Non mitramq; pedum vides?

CHRI-

*capta dictum:  
expedit ut nny moria  
& popula*

*Estio capta de  
dra  
&  
disapulis*

*de pte*

*Alapa thro in figu*

## CHRISTVS.

*Reprehensio  
verborum  
Christi*

**O** Crudele Genus, reddidit quod verbera, verba  
Quum reddenda fient. Si sum scelerata locutus  
Arguis ut falso, veros producito testes:  
Sin autem labiis fudi rectumq; sacrumq;  
Pernitiosa meae quid inheret dextera malae?  
Omnibus idem animus CHRISTUM damnare potentem,  
Fingunt ergo labris crimina falsa suis.  
Sed non perpetuo fraudes sub corde struenti,  
Omne felici tessera iacta cadit.  
Post duo prosiliunt docti mendacia, quorum  
Falsidico cautus fluxit ab ore dolus:

*Falsi testes*

## Simeï & Achitophel.

*Falsi duo  
testimonium  
de  
Reprehensio  
templi.*

**O** & praesidium, & magnificum decus,  
Quid causam stabilis testibus amplius?  
Nos nostris bibulis hausimus auribus,  
Quod sic magna nimis intonuit sonis:  
Delubrum manibus nobile destruem,  
In pappos abeat culmen ut arduum,  
Et tercum Oceano Phœbus equos vago  
Adducet volucres, altius exstruem,  
Quod factum manibus Dædaleis minis.  
Triste REUS guttur compressit voce silenti,  
Nec voluit mutus mutua verba loqui.  
Cayaphas igitur rabiei percitus æstro  
Ira frena diu non cohibere potest.  
Sed tristem dominum verbis affatur amaris,  
Et sua responso verba probare iubet:

*Cayphas  
exigere  
Sponsam*

## CAYPHAS.

**I**essæa Radix tu? Tonantis es DE I?  
Columenq; lumenq; Israël is inclutum?

Per

Per numen obtestor Panomphæi patris,  
Fare, atque discussis palàm ede nubibus.

### CHRISTVS.

**N**Vllus eo inficias, vero quia consona faris  
Gutturè veredico, nec jam mora langior obstat,  
Cum me raptatum rutilam cerneris in æthram.  
*Vix hæc fatus erat Caiphas disrumpit iniquus  
Vestimenta humeris, & tonat ore fero:*

### CAYPHAS.

**T**Onsoribus Lippisq; , quid res cognita?  
Satis superq; lucis indiget magis?  
Num qui DEO se cumque natum clamat  
Indignus est, mulctetur ut morte horridâ?  
Quæ vestra Magnates sonat sententia?  
*In mentem summi pedibus Rectoris euntes,  
Figunt præ punctis flebile theta suis.  
Errant pugnorum fremitus per tempora crebri,  
Errant per niveas sordida sputa genas.  
At Petrus aulai residens in limine, membra  
Frigida, Vulcanum, calfaciebat, avens.  
Nam frigus Boreum torrentes vincere pruna,  
Et fervens hiemem flamma levare gravem.  
Interea mulier domini cui janua curæ  
Compellat Petrum talibus usa sonis:*

*stia Caipha, Amm  
blasphemare cla  
mitans.*

*pugna, sputa*

### OSTIARIA.

**T**E quoque dederas vir bone comitem  
Captivo? indigetant mei ocelli.  
Explorator ades? dubij nîl.  
Cum vestigia nocte silenti  
Secleris domini scelerati.

F

PETRVS

## PETRVS.

**Q**uid tibi vis mulier nigris dignissima barrhis?  
Non ego quem vocitas.  
Namque mihi juvenis, quem me venerarier inquis  
Notitia omnis abest,  
Immò verborum, longo quæ murmure dixti  
Notitia omnis abest.

*Altera mox eadem gannit fœmella secundò  
Cui suffragatur Verna tenore suo.*

*Petrus luctifono totum se consecrat orco,  
Pejerat, & falso turpiter ore negat.*

*Nuncius aurora cristatus præcinit ales,  
Et tradit cantum præscia signa suo.*

*Ereptit furtim Petrus, plenusq; timore  
Humectat lacrumis compita sicca suis.*

*Tempus erat, quo jam proles Hyperionis exit  
Atq; gravis riguos æstus hiulcat agros.*

*Discincti ad morem gaudentes vivere Naca,  
Mystæ, & magnates atria celsa petunt.*

*Colla catenatis gipsantur lactea gryphis,  
Atq; fatigantur cannabe membra REI.*

*Sic vinculus trahitur Rectoris ad atria Ponti,  
Et condemnatur verberare, morte, minis.*

*Proditor ut vidit satus Iscariotide villâ,  
Præstibus referens præmia voce gemit:*

## JVDAS.

**Q**uid hoc est? Idumæa gens, hoc quid est?  
Corruptane Enthusiasmo furit mens  
Novo? fallor haud. Ah quid egi miser?  
Non est mihi dulce vitæ frui aurâ  
Monetam impio contributam mihi  
En largiter largior, quid lucelli est!

Dixit:

*Sum neg  
gal Petrus*

*2*

*Cavoty gall*

*mystæ, mystæ miki-ty, d'aurat  
ou g'parifaler*

*Naca vel Naca in  
maliker. In in d'glaster  
ringfenger Markt*

*Ad Pontium d'uray*

*Judas refudit  
pecunia*

Dixit: & argentum simul exitiale refudit,  
Sed Myſta rigidos evomuere ſonos:

## HIEROSIARCHI.

**S**Tulte quid ad nos? Res agitur tua, Stulte quid ad  
Iſta? tibi miſeris nos?

Consultor in rebus ſies.

Sed quid ſanguineo facti multabilis ære

Incipiemus? agrum

Nobis emamus humidum.

Haud etenim poſſunt in gazophylacia mitti,

Sanguinis innocui

Tabem ferentes nummuli.

Deniq; mens ſtabat. flagris inſtructa ſalignis

Tiſiphone tædis Iſcariota premit,

Immemor ut mortis, ſortis, cæliq; ſuiq;

Conſtringat tetricâ cannabe guttur hians.

Sic igitur rumpens animæ ſpiramina nodo

Judas perfidiæ præmia digna tulit.

Præſidis interea ſtans antè ſynedrion altum

Porticibus longis plebs ſclerata fremit.

Auſo tum foribus paſſis venit horridus Auſo,

Et tumido tumidos fundit ab ore ſonos:

## PILATUS.

**C**Edò ſacer procerum quærenti cedò ſenatus,  
Homo patravit quod ſcelus?

Cur vinciviſti? ſcleris cum labe redundet

Nullâ ſacrum corpusculum

Et genus, & ductæ quæſivi ſtamina vitæ,

Nil morte dignum repperi.

His dictis ſurgit ſandi doctiſſimus Hannas,

Et blaſphema novo verba tenore canit:

*Judas ſe ſuspendit*

*Pilatus quæſit cur  
ſcimus ad illud addu-  
xerit, qd qd fuerit?*

## HANNAS.

**O** Auso validis inclute viribus,  
Quid Patrocini supeditas reo?  
Si non crudus Agyrta  
Esset, tradiderim haud tibi.  
Hic Iudæa sono suscitatur oppida,  
Hic oris tumidi verba nefaria  
Intentat, medicata  
Tamquam spicula toxico.

*Sic Hannas. CHRISTUS trunco taciturnior Herma,*

*Non equidem labiis farier ausus erat.*

*Herodâ Antipas satus ac Samaritide casu*

*Appulerat Solymæ mœnia celsa sacra.*

*Quod cum Romulidis flaccas penetravit ad aures,*

*Mittitur Antipæ Sympatriota REUS.*

*Herodes viso graviter letatur JESU,*

*Et se visurum calica signa putat:*

*At CHRISTUS magnâ rerum de mole rogatus*

*Præfocat clauso gutture verba suo.*

*Antipas igitur niveâ cum veste remittit*

*Ausonio. Sic Pax restituenda fuit.*

*Ut magis atq; magis crudescunt corde furores,*

*Mansuetus placido Pontius ore sonat:*

## PILATVS.

**C**onsuetudo viget priscis majoribus hausta,  
ut salvus ex ergastulo,

Labe latrocinii vir deformatus iniqui  
Emergat ortu Paschatos.

Quem vinclis igitur vultis dimittier arctis?

An Barnaban vilem? an DEUM?

Infanti furcam juveni condixit Apella,

Et vaga Stentoreos sparsit ad astra sonos:

APEL-

*Mittit Antipam  
ad Herodam*

*Pilati & Herodis amicitia*

APELLA. *2. Judæis.*

**N**olumus Ponti Dominans IESUM  
Artis catenis solvier,  
Sed scelestorum Baraban patronum  
Deposcimus. Quare alterum  
Tolle, Tolle, alto crucifige ligno,  
Averte pestem Patriâ.

Judex insontem satagit dimittere CHRISTUM,  
Sed magis atq; magis crudus Apella boat.  
Ergo prospiciens operam se perdere, cepit  
Flumineos latices, & dedit ore sonum:

PILATUS.

**H**ujus ego quod sim sacrosancti sanguinis insons,  
Confirmo lymphâ limpidâ.  
Vos vos Thariadæ duri commissa luetis  
Nepotibus cum posteris.

Sic CHRISTUM damnat præsul nolensq; volensq;  
Et cedit duris membra sacrata flagris.

Lancinat exutum ferrato verberare miles,  
Ac ostro Tyrion vulnere cruda novat.

Hic tradit summo sceptrum Regale furore,  
Hic rigidis spinis tempora flava tegit.

Hic pulsat cannâ violenter membra palustri,  
Hic vomit in faciem sordida sputa DEI.

Hic sanctis humeris, mutatâ veste priori,  
Imponit grandis ligna probrosa crucis.

Interea matresq; pie, mitesq; puellæ  
Humectant lacrumis ora misella suis.

Sed reus eventum jam confirmatus in omnem,  
Ut vivax Heros voce locutus ait:

*Flagris ceditur.*

*Coronâ*

*ferre cruci*

F 3

CHRI-

## CHRISTUS.

**O** teneræ matres, lachrymarum mittite flumen,  
Et potius vobis jam jam lugete ruinam  
Instantem, natis & ineluctabile fatum.

*Plura locuturum remoratur Martis alumnus,  
Et tumidi ad collis culmina curva trahit,*

*Et resinatum sitienti præbet acetum,*

*Sed vas myrrhatum respuit ore DEVS.*

*Dein Juvenis sanctas affigunt cuspide palmas,*

*Et terebrant ferro frigida crura gravi*

*Atq; duos addunt dextrâ levâq; Latrones,*

*Inter quos Medius siferis alme DEVS.*

*Hinc Auso causam scripsit sortisq; necisq;*

*HIC REX ISACIDUM, summus honore DEVS.*

*Inde super tunicam sortem iecere ministri,*

*Quam futura levi nulla ligarat acu.*

*CHRISTUS ut ex sanguem cruce prospectavit ab altâ*

*Matrem, jucundum rupit ab ore sonum:*

## CHRISTVS.

**O** lugens genetrix, pro me tibi filius esto  
ut rarus carus, vitæ dum vesceris aura,

Qui rarus carus mihi erat. Sed erat quis? IANUS.

Et tu lane velut speciosam amplectere matrem.

*Interea mystæ risu caput undiq; quassant,*

*Et sic in CHRISTUM scomma bilingue vomunt:*

## HIEROSIARCHI.

**A** Spice, qui multos lethi de faucibus ægros  
Eripuit Medicus,

Seipsum juvare non potest.

Si IOVA satus est, si fert Regalia sceptrâ,

Nunc sibi præstet opem,

Et scandat altâ de cruce.

Has



*Hæc etiam levâ dependens latro crepâbat,  
Est sannis sanctum dilacerabat Herum:*

### GESMAS.

**I**nunc, atque adytum manibus molire sacratum,  
Iovæ mentita propago.

Si genus astringero divinum ducis olympo,  
Cur nos hæc continet arbor?

*Hoc super indignans Socius blasphema vomentem  
Scommata castigat, duraq; verba sonat:*

### DYSMAS.

**O** Scelestorum feleste  
Fauce proscindis malignâ  
Innocentem quid reum?

Sed DE I tu ò summa proles,  
Obliviscere haud mei, cum  
Tangis aulæ limina.

*Pondus inest precibus: precibus quis fidere nollet?  
Nam promissa Reo dat REUS ore pio:*

### CHRISTVS.

**V**Ota precesque tuæ Gnato exaudita IEHOVÆ.  
Mecum hodie intrabis Paradisi florida Tempè,  
Tempe ubi vivax Elysiis stat gratia campis.

*En Titanis equi, Pyroëis, & Eous, & Athon,*

*Atq; Phlegon tenebris occulere caput:*

*Nec potuere diu mandato munere fungi,*

*Aspectare scelus nec potuere diu.*

*Hinc SOTER furvis Hecates circumdatus undis,*

*Sic querulo querulum promsit ab ore sonum:*

### CHRISTUS.

**H**EU DEUS! Heu DEUS! innocuum me ficcine linquis?  
Siccine me pateris rerum discrimine mergi?

*Talia*

Talia fundentis fauces sitis arida torret ;  
Iccircò rorans spongia felle datur.  
Lurida cum sitiens libavit toxica CHRISTVS,  
Respuit, & summâ voce locutus ait :

## CHRISTVS.

Consummata lues, & consummata trementis  
Sunt delicta orbis. Quare pater alme IEHOVA,  
Hancce tuis animam manibus committo sacratis.

*Scissio templi*

Continud sancti cortina dehiscere templi,  
Disrumpi rauco scrupula saxa sono.  
Sub pedibus mugire Soli systema supini,  
Atq; sepulcorum busta patere virum.  
Hæc ut Centurio vidit, confessus FESVM  
Summum de summo ducere stemma polo.  
Sed ne solemnem funestent Corpora lucem,  
Ad clivum ensiferos mittit Apella viros :  
Ut trabe seminecum tabentia crura resigant,  
Et dent eggestæ putre cadaver humo.  
Sed citò Longinus transverberat abiete costas,  
Unde cruor vitreo profluit instar aquæ.  
Advenat felix Arimathes urbis alumnus,  
Et petit Ausonium supplice voce virum ;

## JOSEPHVS.

O Coronâ cincte Ponti,  
Omnibus patet viris  
Innocentem te patratae  
Cædis incluti DEI.  
Fac potestatem etgò nunc mi,  
Ut cadaver abluam,  
Et novo busto recondam,  
Quod struit mihi artifex.

*Annuat*

*Annuit optatis Josephi Pontius equis,  
 Ut demptum ligni poste cadaver humet.  
 Ascendens igitur cliuum de stipite dempta  
 Involvit mundâ sindone membra Dei.  
 Addit se socium vigilem Nicodemus humando,  
 Et calidâ lymphâ vulnera fœda lavat.  
 Deniq; marmoreo condunt exsangue sepulchro  
 Corpus, & occludunt ostia structa rogi.  
 Sed non cura gravem penitus rellinquit Apellam,  
 At jubet argutum fundere voce sonum:*

### APELLA.

**A** Vdij Præses dominans frequenter  
 Hostem locutum gutture:  
 Sole ter pronum glomerante cursum,  
 Tumbâ redibo faxeâ.  
 Ergo mittas scutigeram cohortem,  
 Quæ busta sevet lanceis  
 Ne ministri nocte silente tumbâ  
 Rancens cadaver auferant,  
 Stentorisq; altò resonent boatu  
 Liquisse tumbam flebilem.  
 Sic gens Isacidûm sacrosancto stemmate creta  
 Obtinuere preces, obtinuere viros.  
 Ergo viris armant pharetratis flebile bustum,  
 Et signant certis scrupæa saxa notis.

### ELEGIA EYCHARISTICA.

ὦ τέκνον πατρὸς ἀθανάτοιο θεοῦ μεγίστου,  
 σοὶ ἔχομεν μεγαλύνῃ ἡμᾶσι πάνσι χάριν.  
 ὅτι βροτῶν δαίμων ἢ ἐν ἀμπλακίαισι θανόντας,  
 ἐξῆύσω ἅμα σὺ ἱερὸν οἶτον ὄλωσ.  
 ὦ ἄνα χρυσῶς πευκέδατον σὺ ὅτι πάθημα!  
 ὦ ποινὴ δεινῆς πῆματᾶ πολλὰ σέο!

G

αὐλ.

κάλπῳ χερσὶ λαβῶν ἐλόησας κῶλα μαθητῶν,  
 εἰς πολὺ φορβὸν γλῶττιν ἄϊμ' ἔπεσε.  
 ἀνδράσιρ' αὐτόματ' ἐν πρὸ δέισω ἀντεβόλησας,  
 καὶ ἔβαλες φωνῆ φῦλα ἅπαντα σέο.  
 χεῖλεα καρπαλίμως σὺ φαίδρα φίλησατ' ἰδῶν,  
 ἦδ' ἐχθρὸς δεσμοῖς σφίγγετο καλὰ μέρη,  
 πῆματα ἐν καΐφας οἴκῳ πᾶμπολλα πένονθας,  
 ἦδ' ἐπέπονθας τὰ σκώμματα δεινὰ φρενῶ.  
 ὥσε ἀπέκρισας βασιλεῖ σὺ χεῖλεα λύων,  
 λογχίτης μάσνη δῶκε βίασιμα κακῆ.  
 καὶ ἄλλοι θεράποντες ἀμείλιχοι ἀρχιερέων  
 πτύσματα εἰς ρένθη φαρμακόντα βάλλον.  
 ἀλλὰ τίνες βιάσθ' ἀνδρήροισι δεινῶν κούρησιν,  
 καὶ κολάφιζόμενοι λοιγορέεσι λόγοις.  
 καὶ τίνες εἰσὶ πλεξάμενοι χερσὶ ὄξυκακῆς  
 θεῖον ἐπανθίσμοις οἱ σεφανῶσι κερῶ.  
 οὕτως χερσὶ φέρεις σέφανον πολυκέντρον κόρη,  
 οὕτως πρὸ σκήπτρου δ' ἔρατα χερσὶ φέρεις.  
 οὕτως ἢ αὐτὸς δέιοισι σαυρῶν ἐπ' ὤμοις  
 ῥομφάζεις τόπον εἰς αἱματιῶν δανάτῃ.  
 ἄλλως σαυρωθεῖς γόμοις ἢ κῶλα σιδήροισι.  
 σὺ φύσιν οὐρανίω εὐφρονι πατρὶ δίδως.  
 ταῦτα πέπονθας χερσὶ θεὸς τετλειότι θυμῶ  
 εἰνεκερ' ἀμπλακίω ἀνδρομεοῖο γένε.  
 σοὶ χάριν ἐν θυμῶν ἔχομεν διὰ τῆτο μεγίστω,  
 καὶ τιμῶν ὕμνοις ψάλλομεν, ἦδ' ὄνομα.  
 οἴτ' ἄγῃ σὺ συμπαῖντας πρὸς δώματ' Ὀλύμπου  
 οἴτ' ἄγῃ σὺ ἡμῖν φάρμακα καλὰ δίδω.



V L T I.



VLTIMVS TRIQVE  
TRI ANGVLVS

*De Triumphali D. IESV CHRISTI gemina  
substantia Herois, ἐπιμικρῶς brevi carminum vario-  
rum delineatione contexto.*

*Quem*

Rarâ pietate, verâ nobilitate, carâ justitiâ, rarâ  
prudentiâ CLL. VV.

Dn. ANDREÆ WERCMANNO  
illustrissimi principis Barnimi Secretario:

Dn. IACOBO VVOLLIN Reipub. Rugenvval.  
*συνέγγω.*

Dn. GEORGIO LVBBEKEN cognato  
carissimo:

Dn. IOHANNI CRVNEN avunculo  
amantissimo,

*dat*

*donat*

*consecrat.*

VALENTINVS WYNTHERVVS  
Neotrept. Pomer.



**P**ntheet alterius Pimplea dicacula peclus,  
Tu vegeta mentem maxime CHRISTE meam,  
Extremumq; gravis finem concede laboris,  
Ut solvat cursum cymbula nostra suum.  
Da mihi sollicito flamen rectumq; sacrumq;  
Ut celebrem melicis ducta trophæa metris.

Sicut Niliacum Crocodilon cautus Ichneumon,  
Quâ modò cunq; potest fraude necare, necat;  
Dum penetrat guttur requie somnoq; sepultum,  
Et rodit rostro viscera crassa suo:

Sic Adamantèa privatus compede CHRISTUS  
Prosternit tristis furva barathra Stygis.  
Sed sic Sisyphio ducens sudore triumphum  
Exanilat duri grande laboris onus.

Nam Labyrinthi sinuosa per antra recessus  
Ad Styga sub terræ viscere carpit iter.  
It pietas, it justitia, it miseratio CHRISTI  
It comes alma fides, it comes alma quies.  
Tùm Judæ corpus malefidum fortè Charontis  
Concava trajecto cymba rudente vehit.  
Hic ubi tendentem lutei per gramina campi  
Vidit pernicem precipitare fugam:  
Protinus in cymbâ ciet exitiale celeusma,  
Atq; dat expassis murmura rauca labris.

### CHARON.

Socii nunc animis est opus, effrons  
Inimicus venit armis. Decet omnes  
Furere, trahere, fremere, premere, quaterere, rapere.  
Minitatur mala tristissima nobis,  
Latus armis igitur cingite ahenis.

Furere

*Simile de  
croco d'j lo &  
Ichneumone*

Furite, trahite, fremite, premitē, quatite, rapite.  
Videat ne trepidos vos tremere. aut ex-  
animari metuentes, decet omnes  
Furere, trahere, fremere, premere, quaterere, rapere.

Dixerat: Empuse circum undiq, & undiq, multae  
Stantes porticibus grande celesma cient.

Pars munit forti suffultos obice postes,  
Pars fundit piceos ore furente globos.  
Pars armat portentificam igne tricuspide dextram,  
Pars subdit Portis ferrea fulcra novis.  
Pars pedes insequitur, pars fert sua membra Caballo,  
Sic per terricre po fulmine terra tremit:  
Ceu super Enceladus ponit cum Pelion Osse  
Strata Giganteo fulmine Phlegra sonat.  
Heic Rex Sarcotheus circumdat sulphure lumbos,  
Heic Pluto noctis Dux aconita spuit.  
Heic uncis saltat pedibus Belhamlica pubes,  
Heic promit tetricas torva Megera comas.  
Heic geminat trifidis Aleto sibila linguis,  
Heic fert Tisiphone torta flagella manu.  
Heic gerit Aplectus sceleratis Dipsada palmis,  
Heic Letheae senex ducit Aplustra Charon.  
Heic hastam Sathiel crispat sudore trabalem,  
Heic armat Corpus Jana dolone suum.  
Heic Venus induitur fallax thoracas ahenos,  
Heic miser Hereticus levia tela novat.  
Heic ferro munit radianti claustra Pyracmon,  
Heic triplex patulo Cerberus ore boat.  
Agmina tot (At eos premeret cum Marte Pelasgos)  
Xerxem beligerum non habuisse puto.  
Umbo num crates vibrantq, moventq, salignas,  
Ut seruent patrii moenia salva soli.  
Tanarius venis Phlegeton incendia volvit,  
Nec non Cocytus murmura rauca ciet.

*Aeneas Acheron flammis exhalat opacus,  
Styx circumriguas concava fundit aquas.  
Lethe sulphur olens eructat livida Lethæ,  
Ne victore DEO diruta rura ruant.  
Deniq; Rex acies informat Pluto furentes,  
Et Palleneis intonat ipse sonis :*

## PLUTO.

**H**Olla, luscho, vvajo, nunc animis, nūc opus est, feri  
O fortes Socii, quid mora vos tarda retardat? ut  
Torpor languidulus languidulis infidet artubus!  
Qui quondam rutilo nos miseros trusit ab æthere,  
Nunc sedes Erebi debilitatum venit abditas.  
Hei bellum vereor quis maneat lethiferum exitus.  
Ergo omnes agite acres fugiant sollicitudines,  
Ustas ferte sudas, ferte globos, ferteque Diplada,  
Annon est melius fallere, fallier? vincere vincier?  
Invictis igitur nunc animis state feri Duces.  
*Sic tonat, & blattas furiales concitat orci;  
Lethæ aconita vomit, Styx aconita vomit.  
Magna stat in cano Cocyti gurgite porta,  
Quæ firmo Stygios obice munit agros.  
Centum arei claudunt vestes, æternaq; ferri  
Robora, nec custos limine crudus abest.  
Hūc CHRISTVS properat loris & vepribus hirtis,  
Ut fortis fracto cardine Victor ovet.  
Pensilibus plumis implumis cœtus in altum  
Cursu discursu calica membra movet.  
Pars fert arma Ducis, pars fert insignia signa,  
Pars melicum Tyrio pectine pangit ebur.  
In medio CHRISTVS maturat vimq; viamq;  
Et fidei, tamquam Lucifer, arma gerit.  
Nullus odor Lethes, nullus Phlegetontis hiatus.  
Emensum CHRISTI tardat euntis iter.*

*Sic igitur*



*Sic igitur cœcam cœcæ formidinis aulam  
Indugredi nullus mente tremiscit HERVS.  
Insomnis tritum servat Custodia limen,  
Hanc inter triplici Cerberus ore boât :*

## CERBERVS.

**S**Tate viri : quæ caussa viæ ? quò tenditis armis ?  
Quid januam convellitis ? per Styga nare lubet ?  
Non non tam facilis datur hûc migrare potestas,  
Hic orcus , orci exire agris hoc opus , hic labor est.  
Fare agè , cur juvenum confidentissime nostras  
Subrepis ad sedes cavas ? Fare agè , quid venias ?  
Fixos pone gradus , propiusne accedis ? acutum  
Iam spiculum torquebo , jam membra dolone terram.  
*Sulphur ut eructat disruptis Ætna caminis,  
Et tremulo piceos fulminat igne globos :  
Sic Phlegetontæ monstrosus janitor aula  
Ventilat ore ignem , ventilat ore picem.  
Non fert insultum patienter CHRISTVS iniquum,  
Sed sacras verbi spargit ab ore faces :*

## CHRISTVS.

**V**Ah miseri Bruchi ! quæ vos dementia cepit ?  
An non me paribus jam fulgere cernitis armis ?  
Sed locus haud armis : Nam non certamine agresti  
Stripitibus duris agitur , fudibusq; præuultis.  
Siccinè nodoso solidatis robore vectes ?  
Siccinè me postes convellere posse negatis ?  
Vah miseri Bruchi ! Spe vos lactatis inani.  
Nam mihi concessum soli super omnia regna  
Imperium , mihi summa DEO concessa potestas.  
Ergò ignota tibi pia sunt præfagia vatum,  
Et lata in paradisiacis sententia campis ?  
Semen Ego semen mulieris tempora dura

Con-

**Conquassabo tibi, ac animas è carcere fontes**  
**Eripiam, infontes fuso quas sanguine feci.**  
*Hæc DEVS indomitâ dicens excanduit irâ,*  
*Fra rubens ceptum præcipitare jubet.*  
**Ergò laceßitus flammæ ac arma capeßit,**  
*Et maßtat stygium Cerberonense sacro.*  
**Sarcotheo inde studet celer insultare pedum vi,**  
*Et fera lorato colla domare jugo.*  
**Ditem morte domat domitor spectabilis, ô Dis**  
*Quid collo gracili vincula torta geris?*  
**Mortem morte domat telis victricibus, ô mors**  
*Quid collo gracili vincula torta geris?*  
**Eja jaces? ja ceo, victore vorata? vorata.**  
*Queris opem? quero. Vis remeare? nego.*  
**Dissipat Empusas Erebi, blattasq, trucidat,**  
*Non fera spicla nocent, non aconita nocent.*  
**Ianua, Ventrinani quam non fregere Gigantes**  
*Obicibus ruptis debilitata cadit.*  
**Luce repentinâ clarescunt atria Ditis,**  
*Rarescunt tenebræ, nox latebrosa fugit.*  
**Vt casti manes viderunt luce coruscum,**  
*Protinus implerunt vocibus astra pijs:*

## PATRIARCHÆ.

**O patre nate summo**  
**Rex, ut optatis faciem conspiciamus triumphis!**  
**Sedibus appulisti**  
**Tandem olympi: Lux avidis reddita tandem o-**  
**Sed quibus involutum (cellis.**  
**Te procellis aspiciamus? quæis agitatam ab Euris?**  
**Quis Latro luctuosâ**  
**Corpus am sanctum graviter perterebravit hastâ?**  
**Quis, sacrosancta miles**  
**Membra ferrato tua sic verberare lancinavit?**

O Re-

O Reques suavis!

O voluptas! ô bonitas! ô amor! ô voluntas!

Undiq; Cyneas jaçant per compita voces,  
Ac ad Soteris celsa theatra meant.

Primævus primò vadit pater antè, deinceps  
Primores procerum radere cernis iter.

Adsunt quæis niveo velatur sirmate vertex,  
Regius inter quos ore propheta canit:

## DAVID.

O rerum Sator, ô Salus

Indefessa, tuum quam venerabile

Nomen! quàm bonitas munifica! & quàm vehemens

Cocytî rabida agmina (amor!

Torquebant camuris spicula cornibus

In nudos homines, dilaniabantq; dolonibus:

Iam jam victa jacent tacent,

Corytiq; leves stridere desinunt,

Et vexilla Ducis Tartarei dilacerata sunt.

Iccircò melicum pij

Pangant pectinibus Christiades ebur,

Et victorem ad olympi juga tollant Epinicijs.

Hoc victore Herebus jacet,

Hoc victore necis jura feræ jacent,

Hoc victore jugum collabefit legis aheneum.

O solamen homululi

Quas devotus agam, quas tibi gratias?

Quæ vox digna tibi ferre potest munera carminum?

Sic Dux ipse Ducem vehit ad Cygneta Tempe,

Quo Duce Libertas, quo Duce vita viget.

CHRISTVS Tanarijs accersit spectra cavernis,

Et sic Plutonem territat ore Ducem:

H

CHRI-

## CHRISTVS.

**I** Nunc parturiens Dæmon fraudesque strophasque,  
I nunc conde animas Gyaris & carcere mœstas.  
Me premeres bello non Marte, sed arte parato?  
Te pressi bello non arte, at Marte parato.  
Velificando magis fieri pejora magisque  
Prælia sentiscis? cerebri fissura tagacis  
Indiget. Numquid jam facta infecta precaris?  
Quæ tibi causa fuit mœstos seducere manes?  
Quæ tibi causa fuit vectare in Tartara prædas?  
O scelus! ô facinus! nostras molimine sedes  
Pressabas? cecidit tibi tessera jacta sinistrè,  
Atque novercatus fortunæ est bosphorus audax.  
Evax! qualis eras? Diuus. Quæ vita? beata.  
Eheu! jam qualis? Dirus. Quæ vita? misella.

*Dixit, & aratis constrinxit terga catenis,*

*Ut non inueheret plaustra nefanda mali.*

*Quum sic CHRISTVS edax Herebææ virus Echidne,*

*Et Lachesis curvam vi retudisset acum:*

*Tartareâ victor celebris de sede revertit,*

*Et vexilla crucis pollice rubra tulit.*

*Hoc quassare potest virus furialis Echidne,*

*Hoc animas Stygiâ sede vocare potest.*

*Hoc tegit exsulio pressos, hoc temperat alti*

*Murmura rauca soli murmura rauca sali.*

*His ita transactis, Solis jubar æthere fulsit,*

*Atq; recesserunt Sabbatha festa solo.*

*Magdalis, & Salome, sociis ex ordine junctis*

*Motant furtivo territa crura gradu.*

*Et myrrham, & Costum, spicæq; unguenta Cilissæ*

*Grata ferunt, & sic ore gemente canunt:*

MAG-

## MAGDALENA.

**E**heu nova clam mortis aheneam!  
Eheu triumphatricis Adoreæ  
Rex laude florens occidit, occidit!  
Emacrat ut se cor queri moniis!  
Non occidit trux Cantaber, aut Schytes,  
Brontes, Pyracmon, Centimanus Gyges,  
Dacus, Typhœusve Enceladus ferox,  
Sed SPES homulli, DUX periit Ducum.

## SALOME,

**Q**uid semper urges flebilibus modis  
Myrtam peremptum Magdalis inclutum?  
Quid luctus undans? Desine mollium  
Tandem querelarum, & potius veni.  
Matuta repit sede: Diespiter  
Igni corusco nebula dividens  
Plerumque per purum egit equos suos,  
Maturiori tramite eundum erit.  
Sed verba nobis quis dare quis dabit  
Bustum tenenti marmoreum gregi?  
Quis faxa clauso volvet ab ostio?

*Angelus in tumbâ residens candente favillâ,  
Responsum niveo reddidit ore pium.*

**Q**uid rigatis ô leves  
Genas madente guttulâ sorores?  
ut locutus antea,

**CHRISTUS** recessit in sciâ cohorte,  
En locum intuemini,  
Apostolis & indicate sanctis.

*Dum matres sancti Volucris mandata capessunt,  
Vividus à niveo tergore Christus adest.*

H 2

Sollicit

*Sollicite matres redivivum Heroa videntes,  
Vix potuere loqui, vix potuere sequi.  
Deniq, firmantur memores monitiq, viriq,  
Et memorant sanctis facta peracta viris.  
Hinc Thomas aberat Didymus per compita radens  
Errabundus iter, cui Petrus ore canit:*

### P E T R U S.

**O** Nos felices, solidoque ex asse beatos!  
Vidimus ossa D E I.  
Vidimus ossa D E I vivo perfusa vigore,  
Non simulachra laris.  
Hesperus ibat equis, & stabant limina fulta,  
Vectibus, obicibus:  
Expediebamus Cererem, Cerealiaque arma,  
En D E U S ipse adest,  
Atque profatur: Ego sum Soter orbis & orci  
Pectora pace beo.  
Sic ait, & Corpus patitur palpate sacratum  
Vulnera quina gerens.  
Quin etiam nobis mensa residebat acerna,  
Se recreans dapibus.  
*Hamiger hac Petrus necdum finierat, ecce,  
Festinus Cleophas subsequa verba sonat:*

### C L E O P H A S.

**H**Eus o Sodales optimi sodalium  
Solvite corda meru, quid planctibus tabescitis?  
Non fila vitæ dura rupit Atropos,  
Vidi ego vidi oculis, cum rus mearem Amione.  
Nos obruti curis levamus lubricæ  
Tædia longa viæ. ac expandimus mortem Ducis.  
Ut nos loquelis erigebat aureis,  
Tædia cuncta levans nec non sonos flabat: pios!  
Ha ha

Ha ha trilibri fuste, purgandum caput  
 Helleboroque nigro! Quid Lippientes frenditis?  
 An sacra delibatis haut Tempe sacri  
 Vatis? Hic ore canit funus Ducis vestriobvium,  
 Eucleabat ut Patrum praesagia!  
 ut resoluta novo stabant amore pectora!  
 Necdum tamen plane atque plene agnovimus,  
 Quam loca dicta caesae pulsavimus pede libero.  
 Heic tractus actus sedulae amborum prece  
 Sedibus Hospes erat, temone Solis abdito,  
 Atque ore edebat liba nobiscum azyma  
 Molabathro Syrio comas coronatus suas.  
 Talia Discipulis Cleophas narrabat amicis,  
 Sed contra Didymus querquera verba sonat:

### THOMAS.

NON fidem dictis adhibere possum  
 Emigrasse DEUM rogo,  
 Hausero glaucis nisi viuum ocellis,  
 Contrectaroque vulnera.  
 Sed quis irreptat foribus revulsis?  
 Quis nos pace beat pia?  
 Fallor? an CHRISTUS famulos revisit?  
 Evax; CHRISTUS adest meus.  
 Vae mihi letho te obito reverti  
 Qui non posse putaverim?  
 Sic fantem CHRISTUS relinquit tramite recto,  
 Fulcivitque piis pectora ceca sonis.  
 Nec prius invisum fuit ergastirion orbis,  
 Quam quater & decies Sol revocarat equos.  
 Claviger inde Petrus, socium stipante caterva  
 Lembum remigiis fors subigebat aquis:  
 Improvisus adest juvenis, suadetque, monetque  
 Ut dextrae puppis lina dolosa locet.

H 3

Hic pa-

Hic paret monitis (salvunt per retia pisces)  
 Et numen quoddam sentit adesse pium.  
 Ergo dimotis pulsat vada salsa lacertis,  
 Et prospectati palpitat ora viri.  
 Cornua velatarum obvertunt antennarum  
 Ad bibulum litus cetera deinde manus.  
 Tum rubra amnigena detorrent inguina piscis,  
 Ut mandat juvenis fercula tosta labris.  
 Ut Socios ævo curvatus navita cano  
 Navifragas Syrtes, & Scylacea docet:  
 Sic (dum pressa famas) surgit sanctissimus Heros,  
 Nec non Discipulis verba sacrata refert:

## CHRISTVS.

**O** mecum Socii multis erroribus acti,  
 Per varios casus, per tot discrimina rerum,  
 Vixi, & quem dederat cursum Natura peregi-  
 Durate, & vosmet rebus servate caducis.  
 Exanimes revocate animos, mœstumque timorem  
 Mittite, forsan & hæc olim meminisse juvabit.  
 Non vos protelent Regum sceptræ aurea sceptræ,  
 Non vos dimoveant Lurconum scommata rauca,  
 Non vos terrificent ferrati robora Conti,  
 Non vos exagitent Scythes Nessæa venena,  
 Non vos exanimet solii fundamen Eburni:  
 Portus ego, solamen ego, medicamen ego unus  
 Antidotis adero, & tramittam flamen ab axe.  
 Hoc vos servabit salvos, quid corda pavescunt?  
 Hoc hostes rabidos sternet, quid corda pavescunt?  
 Hoc vos lætitiis unget quid corda pavescunt?  
 Hoc mare pacatum reddet, quid corda pavescunt?  
 Hoc dona aurea dona dabit, quid corda pavescunt?  
 Fidite fidentes sequitur victoria magna,  
 Credite, credentes sequitur victoria major,

Pergite,



Pergite, pergentes sequitur victoria maxima,  
Ite per immundum mundum non segniter ite,  
Ac Evangelij Cemilia spargite sacra,  
Et lavite ancipites sacro baptisate gentes.  
Quicumque alstringet sermoni spemq; fidemq;  
Iustus Atlantiaci fiet possessor Olympi:  
Quicumq; addubitans languescet speq; fideq;  
Præda Acheruntæis fiet gratissima Phocis.  
Salvete æternùm, nimbofo poscor Olympo.

*Dixerat: En nubes rutilans rutilante Pyropo,*

*Texit palmiferi colla corusca DEI;*

*Non secus ac Cippum, tereti qui figitur orno,*

*Turbine præcipiti lignea tela petunt.*

*Læta cohors juvenum spectârunt astra petentem,*

*Et lachrumis rosæ non caruere genæ.*

*Protinus aligeri juvenes è nubibus altis*

*Purpureo cincti murice verba ferunt:*

### ANGELI.

O viri luctu obruti,

Quid pascitis vaga lumina.

Intuentes gemmei

Vibrata cæli sidera?

Sanctum ocellos figite

In bibliorum codicem.

Hic IEhovæ filius

Iudex redibit strenuus,

Ac odoratum dabit

Nectar Piorum cœtui,

Sed cloacalem Impiis

De fæce Lumbricis tropin.

*Sic rutilo juvenes cæli de vertice fantes,*

*Obliquo gyro sidera pura petunt.*

*Luxuriunt*

Luxuriant undæ, clarescunt omnia falso  
 Tethyos æthereis litora curva globis.  
 Vidit ut Oceanus flammis aspersa serenis  
 Regna Amphitrite, voce silente stetit.  
 Deniq; saxicolam vocitans Tritona, sonanti  
 Æquora mox chonchâ salsa sonare jubet.  
 Lubrica ventosus volvit conchyliâ Nereus,  
 Nereidesq; Patris sede madente meant;  
 Xantbo, Callirhoe, Dotho, Galatea, Pherusa,  
 Protho, Glauconome, Lamprothoeq;, Thetis,  
 Crene, Eudoranites, Dryapeq;, Hyaleq;, Galene  
 Ac alia undifragi numina mille vadi.  
 Has Rex undarum vidit properare per æquor,  
 Et solvit dubiis ora sonora sonis:

## OCEANVS,

**O** Ponti vaga numina  
 Quænam sedibus in meis  
 Tempestat oritur nova,  
 Et regnum movet udum?  
 Quis splendor radio æquora  
 Lustrat insolito vaga?  
 Quæ lux cæruleos maris  
 Tractûs clara serenat?  
 Quid fulgor sibi vult poli  
 Conflagrantis in æthere?  
 Quinam in nubibus aurei  
 Sunt flexus nebularum?  
 En scandant ut ad æthera,  
 Et cursum varient suum!  
 Fallot? an domitâ D E V S  
 Ducit morte triumphum?  
 Sic est, è barathro Stygis  
 Infantes animas vehit.

Nam

Nam quondam docuere sic  
 Vatum carmina docta.  
 O sollemnis hanc dies  
 Sollemni orta tripudio!  
 O festa incluta candidis  
 Consignanda lapillis?  
 O salve D E V S improbi  
 Sospitator homululi,  
 Qui Bruchos Stygis horridos,  
 Vicisti acribus armis.  
 O salve D E V S inclute,  
 Qui captos colubri dolis  
 Vafri, nunc re vehis Patris  
 Picturatum ad olympum.  
 Dixerat & sanctum sancto sine numine Numen  
 Poplite curvato ter veneratus abit.  
 Iam Deus emensis Erronum protinus oris,  
 Scandit ad octavi sidera pura poli.  
 Ossei surgunt centauri Ixione nati,  
 Acrisioniadis Perseos astra micant.  
 Proxima Gnosia stat Cassiopeia coronæ,  
 Atq; Orpheus tangit garrula plectra lyre.  
 Amphitryoniades Paphios demulcet holores,  
 Et piger Arctophylax effeda tarda trahit.  
 Non missos deslet Marathonica virgo parentes,  
 Nec cari fratris funera luget Hyas.  
 Surgunt Iasides Cepheus, Delphinus, Orion  
 Spectatum pompe ducta trophæa nova.  
 Ut victor nonne tetigit curvamina sphere  
 Insonuere orbes, insonuere poli.  
 Aures tinnitu complent pars acta rotatu,  
 Pars Helicen versus murmura blanda cient.  
 Interea, palmis & multicoloribus alis  
 Plausus, aligerum sancta caterva dedit.

I

Pars

*Pars stipant Regem per Parrhasin Arcton euntem,  
Pars rupto referant obice claustra poli:  
Pars Dircea movent pandura plectra canora  
Pars ludunt citharis carmina docta cavis:  
Pars Patris antè thronum saltant pernixe chorea,  
Sic Symphonia sic spargitur orbe poli.  
In medio summus victor monumenta reportat,  
Atq; Pater suaves promit ab ore sonos.*

### IEHOVA.

**N**ate meæ vires, mea magna potentia solus,  
    Labore quod dignum feremus præmium?  
Ut decus omne tuum cæloq; soloq; perennet  
    Igni sacros flammabimus nostro viros,  
Qui crinita rotis circum laniantibus haustra,  
    Morsu suæ flammæ non reformident vagas:  
Qui sancta penetrent Arctos voce Britannos,  
    Ultrâ remotam Gadibus Barcen feris.  
Sed nunc à dextrâ reside, quæ regnat ubique  
    Et pasce cœtum rore mellito tuum.  
Donec præciso tremuli systemate mundi,  
    Hædos coniscantes ab Hircis segreges,  
Atque scabros tophos, ranas, præsteras avaros  
    Fumans in antrum congeras densæ Stygis.  
*Dixit, & adduxit Paradisi florida Tempe  
    Fronibus aucta novis, floribus aucta novis.  
Sic deformatum rursus formavit Adamum,  
    CHRISTVS, quid grates ferre moraris Homo?  
Sic Hominis tenuem servili schemate massam  
    Sumpsit, quid grates ferre moraris Homo?  
Sic Colaphos, sannas, sarcasmos, vulnera, probra  
    Passus, quid grates ferre moraris Homo?  
Sic Phlegetonteos invictò robore Bruchos  
    Vicit, quid grates ferre moraris Homo?*

*Lethum*

*Leihum, Lex, Sathanas, peccatum, fractus avernus  
Procumbit, cessat, condolet, angit, adest.  
Stulte quid est Sathanas, liquida nisi fecis imago?  
At Sathanas cecidit? fax resoluta cadit.  
Si, nisi quae torquent Lex, & mors dira pharetris  
Spicula nulla nocent, spicula nulla nocent.  
Quid mors? ore gemo. Gemitus quae causa? Redemptor.  
Quid Lex? in brutum fulmen adacta cubo.  
Ergo quis puero grates neget ore supremo?  
Quis pia metra neget? quis pia vota neget?  
Quis gravium scelerum poenas intendat acerbas?  
Gratia sola DEI credula corda beat.  
Gratia sola DEI fida columna Rei.  
Gratia sola DEI dat monumenta Spei.  
Gratia sola DEI ducit ad astra poli.*



I 2

ANA-

ANACEPHALAEOSIS  
 TOTUM REDEMPTIONIS MY-  
 sterium carptim & quasi saltuatim centone  
 Homerico depingens.

Il. σ.	<b>Α</b> δ οίητέ τίλητε γυνή εἰκῆα θεῆσ' ἦρ σῆθεάτ' ἠδ' ἀπαλιῶ δαρυῶ, ἰδέ καλά πρὸσωπα, πρῶτοτοκῶ, κινυρή, ὄυ πρὶν εἰδῆα τόκοιο, ἠ' ἔτεῖν ἀντίθεον (ἦ νῦν κλέθ' οὐρανόρ' ἴκε) ἴσορα, ὅς θεός ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, οὐδὲ ἐώκη ἀνδρὸς γε θυκτῶ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο. ἀλλὰ γυνὴ μέιδ' ἔσκερ' ἴδ' ἔσ' ἐς πάϊδα σιωπῆ ἐπὶ μῦ κατέθηκερ ὑπὶ ζείδωρον ἄρ' ἔβαν. αὐτὰρ ὄγ' ὥσ τις πάμπαν οἰζυρὸς καὶ ἀποτμῶ, οὐκ ἔθελ' ἐρ λήτσοισι καὶ ἐν ῥήγεσι καθύδην. ἀλλὰ μέγα ρέξας ἦ καὶ ἔασομένοισι πυνθέσθ' ἔ ἠδ' ἔπῃς κατέπαυσε θεῶν χόλον αἰὲρ εὐόντων, ἀνθρώπων καὶ οὐτῶ ἔρυσσ' αὐτο καὶ ἔσάσσερ. ἀνέρες ἐρ πολέμῳ, ἔριδα ξυῶγοντες ἄρ' ἔ τῶ δ' ἄρ' ἐπαῖξανθ' ἐλέττω, ἔρυσσαν τὲ μὴρ εἰσῶ σφρῶν ἢ πλεκτῶ ἐξ αὐτῶ πείριωάρ τε σω χεῖρας τε πόδας δῆσαν κρατερῶ ἐνὶ δεσμῶ κίον ἄρ' ὑψηλῶ ἔρυσσαν, πέλασσαν τε δοκοῖσι. αὐτὰρ ὁ τέως ὅτ' ἔτολμα ἐνὶ μεγάροισι μάλισα κάρκασερ, ἀμφω χεῖρε τίλοισ ἐτάροισι πετάσας. ἀλλ' ὄρ' ἠδ' ἠδ' κηρὶ δαμῆς αἰδ' ὄσδε βεβήκη τῆλε μάλ' ἠχι βάθισον ὑπὸ χθονὸς ὕψι βέρεθρον καρπαλίμως ὠῖξε πύλας, καὶ ἀπῶσερ ὄχ' ἦας ἐρ σπέσι γλαφυροῖσιν, ὅθι ξανθὸς ραδάμανθῶ σμερδαλέα ἰαχώντε, δράκων ὑπὶ νῶτα δαφονόος σμερδαλέῶ, τὸν ὄλεθρον ἀνήγαγε καὶ κατέπεφνε.	Il. τ. Il. τ. Il. ρ. Il. θ. Il. ω. Il. ω. Il. ρ. Od. μ. Od. υ. Od. υ. Il. χ. Od. δ. Od. χ. Il. ε. Od. χ. Od. χ. Od. χ. Od. χ. Od. ω. Il. δ. Od. ρ. Il. θ. Il. ω. Od. δ. Il. β. Od. δ.
--------	--	--

αλ.

Od. ε. ἄλλ' ὅτε δὴ τρίτον ἡμαρ εὐπλόκαμος τέλεος ἦώς,  
 Il. δ. νολεμέως ἐτάροισι μεβίσατο τοὶ δ' ἐχάρησαν  
 Il. ε. ὡς εἶδον ζῶντες κῆ ἄρτεμέα προσιόντα.  
 Il. α. ἠερίη δ' ἀνέβη μεγαθύμος φαίδιμος υἱός  
 Od. γ. οὐρανόρεις πολύχαλκον, εἰς πρὸς δώματα καλά,  
 Il. β. εἰλετο τε σκῆπτρον πατρώϊον ἄφθιτον αἰεὶ,  
 Il. ε. ἀκροτάτη κορυφῇ πολυδερῆ δ' οὐλύμποιο.  
 Il. β. ὦ κύδισε, μέγιστε, κελαινεφέε, αἰθέρι ναίωρ,  
 Od. ω. πάντας ἐπ' ἀνθρώπων κλίθε ἔασε ἄφθιτον αἰεὶ,  
 Od. ω. κῆ δὲ νῦν γεγάασι, καὶ οἱ μετ' ὀπίθευ ἔσον.  
 Il. α. ἀλλὰ σὺ, εἰ δάσασαί γε πείχεο αἰθέρι ναίωρ  
 Od. α. πόλλων ἀνθρώπων, τοὶ ὑπὸ χθονὶ καιετάοισι.  
 Il. ι. πᾶνε, εἰς ἧ χόλον θυμαλγέα, ὄφρα σε μάλλον  
 Il. ι. τίσως ἀνθρώπων ἡμῶν νέοι ἠδὲ γέροντες.  
 Od. ε. καὶ γὰρ σοὶ νόθος ἐν ἀνάσιμος, οὐδὲ σοὶ αἰεὶ  
 Od. ε. θυμὸς ἐνὶ στήθεσι σιδήρεος, ἀλλ' ἐλεήμων.  
 Il. ι. ἐρ σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι, εἰσοκ' αὐτμῆ,  
 Il. κ. ἐρ στήθεος μένη, καὶ μοὶ τίλα γένατ' ὄρωρη.

Od. ε.  
 Il. ε.  
 Il. ε.  
 Od. γ.  
 Od. γ.  
 Il. β.  
 Il. ε.  
 Il. β.  
 Il. β.  
 Od. ω.  
 Il. β.  
 Od. ζ.  
 Il. ι.  
 Il. ι.  
 Od. ε.  
 Od. ε.  
 Il. κ.  
 Il. κ.



# LECTORI

Vides mendas? emenda.  
Sicut enim conviva cibum crudum non  
accusat, etiamsi recusat:  
Ita hîc excusa quicquid à me vel Typogra-  
pho non fatis ad providentiæ solem coctum  
aut decoctum.









AB: 155087

ULB Halle 3  
002 702 754



28 Stück v. B. P.  
J. B. Handb. - P.





155087

R

W 17



... ruit in lan... guine agni lauerit stola  
... radiderunt... corpora sua... propter deum ad  
... meruerunt habere coronas... perpetuas... in  
... patri et fili... et spiri... tui sco... in laus. Laudes  
... sancti quanta passi sunt tormentis... ut securi puerunt ad  
... Cum palma ad regna puenerunt sci...  
... Corpus sco...  
... nomen eorum in eternum...  
... benedicite in eternum... Martiri



TRIQUETRUM MY-  
STICUM


QVO, TRIA MELICA  
EIDYLLII DIALOGETICI EM-  
bammata, annexâ Elegidiorum Græcanicorum co-  
ronide, & Homericæ centone; de Lapſu primorum parentum,  
ejuſdemq; reſtauratione, per CHRISTI incarnationem,  
Paſſionem, & ἐπινίκιον Triumphale, continentur & adum-  
brantur, ex ſacroſancto Bibliorum gazophylacio  
concinnatum & compoſitum.

VALENTINO WINTHERO Neotrepoviense Poeta

Colloquium ἢ τὰ ῥᾶματα παλαιῶς ῥομοῦ  
Vi illud, Signa te signa &c.

MOMVS De ſeipſo.  
Magna ſono, ſi res: Summus ſeris onos angam?  
Apollo Reſpondens.  
O, te, parce, ſede, non ede ſecra peto.

MOMVS.  
Nemo tenet, mungam: SVMVVS magnum tenet omen.  
APOLLO.  
O gere Traſo artem, metra, os arte rego.



ROSTOCHII  
GVSTINI  
Anno

TYPIS AV-  
FERBERI.  
MDCXCVII.

